TITI LIVI

AB URBE CONDITA

LIBRI.

ERKLÆRT

VON

W. WEISSENBORN.

DRITTER BAND:

BUCH VI–X.

LEIPZIG,
WEIDMANNSCHE BUCHHANDLUNG.
1854.

TITI LIVI

AB URBE CONDITA

LIBER VI.

1 Quae ab condita urbe Roma ad captam urbem eandem Romani sub regibus primum, consulibus deinde ac dictatoribus decemvirisque ac tribunis consularibus gessere, foris bella, domi seditiones, quinque libris exposui, res cum ve- 2 tustate nimia obscuras, velut quae magno ex intervallo loci vix cernuntur, tum quod parvae et rarae per eadem tempora litterae fuere, una custodia fidelis memoriae rerum gestarum; et quod, etiam si quae in commentariis pontificum aliisque

1. Ungewissheit der ältesten Geschichte; innere Verhältnisse.

1. *ab condita — eandem*, Anfangs- und Endpunkt der Epoche wird durch die Wiederholung des Hauptwortes nachdrücklicher bezeichnet, s. 10, 34, 2: *ab hora quarta usque ad octavam fere horam;* 44, 37, 6. Ueber *idem* 1, 19, 1; 2, 12, 2. — *consulibus* etc., vgl. Tac. Ann. 1, 1.

2. *tum quod* etc. Der zweite Grund der Dunkelheit wird nach zwei Seiten ausgeführt, in Bezug auf die Beschaffenheit und den Untergang der schriftlichen Denkmäler. — *parvae*, im Gegensatze zu der späteren Ausführlichkeit der Annalen; *rarae* im Gegensatze zu praef. 2. Die Andeutung der Kürze war nicht unwichtig, da auch nur wenige aber ausführliche Schriften die älteste Geschichte hätten aufhellen können. — *fidelis*, zuverlässig, wird besser mit *custodia* als mit *memoria* verbunden. — *et quod* etc. vervollständigt den vorhergehenden Gedanken, da, wenn die wenigen und kurzen Nachrichten sich erhalten hätten, die Dunkeheit nicht hätte eintreten können. — *si quae* (*litterae*) *in — erant*, die verschiedenen Arten der schriftl. Denkmäler. — *commentarii*, vielleicht die *annales maximi*, welche der Oberpriester führte; die 1, 60; 4, 3 erwähnten *commentarii* hatten sich erhalten. — *publicis*, Gesetze,

publicis privatisque erant monumentis, incensa urbe plerae-
3 que interiere. clariora deinceps certioraque ab secunda ori-
gine velut ab stirpibus laetius feraciusque renatae urbis ge-
4 sta domi militiaeque exponentur. ceterum primo quo admi-
niculo erecta erat, eodem innixa M. Furio principe stetit,
neque eum abdicare se dictatura nisi anno circumacto passi
5 sunt. comitia in insequentem annum tribunos habere, quo-
rum in magistratu capta urbs esset, non placuit: res ad in-
6 terregnum rediit. cum civitas in opere ac labore adsiduo
reficiendae urbis teneretur, interim Q. Fabio simul primum
magistratu abiit, ab Cn. Marcio tribuno plebis dicta dies est,
quod legatus in Gallos, ad quos missus erat orator, contra
7 ius gentium pugnasset. cui iudicio eum mors adeo oppor-
8 tuna, ut voluntariam magna pars crederet, subtraxit. inter-
regnum initum: P. Cornelius Scipio interrex et post eum M.

Senatsbeschlüsse, Bündnisse, die tabulae censoriae u. a. — *privatis,* Familienschriften, laudationes, Inschriften auf den imagines. — *pleraeque,* also einige hatten sich erhalten.

3. *secunda or.*, in anderem Sinne heisst es praef. 4: *primae origines.* — *velut ab — innixi,* über die Festhaltung des Bildes praef. 9.

4. *ceterum* geht nach der Unterbrechung auf die Geschichte zurück. — *primo*, anfangs, auf *stetit* zu beziehen, aber nachdrücklich vorangestellt: ehe der Staat aufblühen konnte, stützte er sich u. s. w. — *adminiculo* und *Furio* durch die Stellung gehoben. — *innixa*, 9, 16, 19. — *principe*, 5, 30, 4. — *circumacto an.*, d. h. des Magistratsjahres, welches damals mit dem 1. Juli anfieng, s. 5, 32. Da die Belagerung mit der Mitte des Juli begonnen, 7 Monate gedauert und Camillus erst gegen das Ende derselben die Dictatur angetreten hatte, so ist nicht anzunehmen, dass er ein ganzes Jahr Dictator gewesen sei; sondern dass er, obgleich er nach seinem Triumphe 5, 49, 9 das Amt niederlegen wollte, es auf Bitten des Senates bis zum letzten Juni, an dem auch die Consulartribunen abtraten, behalten habe, Becker 2, 2, 164.

5. *in ins. an.*, auf d. J. 366, s. 5, 54, 5. — *non pl.* etc., der Grund des Vorhergehenden, denn man fürchtete, dass die Tribunen den Göttern nicht genehm seien und die Auspicien nicht übertragen könnten, 5, 17, 3. Auch der Dictator scheint die Comitien nicht gehalten zu haben, weil er von jenen ernannt war.

6. *Q. Fabio,* er wird allein angeklagt, weil er am offensten das Völkerrecht verletzt hat, Diod. 14, 113. — *simul pr.*, 4, 18, 7; Suet. Caes. 30: *simul ac primum exercitum dimisissent.* — *orator* ist zwar mit *legatus* oft gleichbedeutend, doch wird durch dieses mehr die völkerrechtliche Beziehung, durch jenes die Aufgabe etwas mündlich zu verhandeln (a. u. St. die Fürsprache für die Clusiner, vgl. 21, 12, 4), bezeichnet, s. 1, 38, 2: *legati oratoresque,* 4, 58, 1. Schon 5, 36 war auf ein Volksgericht über die Auslieferung der Fabier angetragen, aber dieses nicht zu Stande gekommen.

8. *Scipio,* 5, 31; 19. — *iterum*

Furius Camillus. [iterum] is tribunos militum consulari potestate creat L. Valerium Publicolam iterum L. Verginium P. Cornelium A. Manlium L. Aemilium L. Postumium. hi ex 9 interregno cum extemplo magistratum inissent, nulla de re prius quam de religionibus senatum consuluere. in primis 10 foedera ac leges — erant autem eae duodecim tabulae et quaedam regiae leges — conquiri quae conparerent iusserunt. alia ex eis edita etiam in vulgus; quae autem ad sacra pertinebant, a pontificibus maxime, ut religione obstrictos haberent multitudinis animos, suppressa. tum de diebus reli- 11 giosis agitari coeptum, diemque ante diem xv Kal. Sextiles duplici clade insignem, quo die ad Cremeram Fabii caesi, quo deinde ad Aliam cum exitio urbis foede pugnatum, a posteriore clade Aliensem appellarunt, insignemque rei nullius publice privatimque agendae fecerunt. quidam, quod postri- 12

ist wahrscheinlich aus der folgenden Zeile hierher gekommen. Denn gewöhnlich wird nicht angegeben, zum wie vielten Male Jemand interrex ist; Camillus aber war es zum dritten Male. Die Verbindung mit dem Folg.: obgleich sich die Consulartribunen so schlecht bewährt hatten, wählte er doch wieder u. s. w., ist, da andere Personen gewählt werden, gezwungen, und sprachlich kaum zu rechtfertigen. *Valerium*, obgleich ihn die Hdss. *Aulus* nennen, ist er doch wol der 5, 26; 6, 5; 21; 27 *Lucius* genannte. *Verginium (Tricostum)*. — *Cornelium*, auch in den Fast. Cap. fehlt der Familienname. — *Manlium*, Bruder des Marcus, 5, 47. — *Aemilium (Mamercinum)*, nach den Fast. *iterum*, 5, 32; nach L. ein anderer, s. c. 5. *Postumium (Regillensem)*.

9. *extemplo*, also wenigstens am 10. Juli. — *de re pr.*, s. 3, 39, 2; 9, 8, 1: *sollemnibus senatus consultis factis*.

10. *foedera*, auch diese werden zu den religiösen Gegenständen gerechnet, 1, 25; dass mehrere sich erhalten hatten s. 2, 33; 4, 7; Horat. Ep. 2, 1, 25; Polyb. 3, 22; Dionys. 4, 26; 55. — *duodecim tabul.*, aus den Worten L's folgt nicht, dass dieselben verloren gegangen seien, vielmehr wird durch *conquiri q. conp.* das Gegentheil angedeutet. — *regiae leg.*, obgleich von L. 1, 8; 19; 26; 34, 1 und anderen Schriftstellern auf die einzelnen Könige zurückgeführt, sind doch wahrscheinlich die *leges reg.* erst später erfolgte Aufzeichnungen alter Satzungen, Rechtstraditionen, Formeln u. s. w., die man als die Rechtsansichten der alten Zeit betrachtete, Tac. Ann. 3, 26. Der Inhalt derselben betraf zum Theil sacrale Gegenstände; daher *alia ex eis* etc., vergl. 1, 32; Becker 1, 13.

11. *diemque*, nicht der Tag vor dem 18. Juli, sondern dieser selbst. — *insignemque agendae*, eine eigenthümliche Umschreibung des *dies religiosus*, in der sich *nullius — agendae*, eben so wie *insignem* an *diem* anschliessen: *diem fecerunt insignem ut dies esset nullius rei agendae*, der Genitiv ist wie 3, 24, 1: *tollendae legis* zu nehmen; Sall. Frag. Or. Lepid. § 8: *omnia retinendae dominationis honesta aestumet*. Zur Sache vgl. Festus p. 278: *dies religiosi, quibus nisi quod necesse nefas ha-*

die idus Quinctiles non litasset Sulpicius tribunus militum, neque inventa pace deum post diem tertium obiectus hosti exercitus Romanus esset, etiam postridie idus rebus divinis supersederi iussum; inde ut postridie kal. quoque ac nonas eadem religio esset, traditum putant.

2 Nec diu licuit quietis consilia erigendae ex tam gravi 2 casu rei publicae secum agitare. hinc Vulsci, veteres hostes, ad extinguendum nomen Romanum arma ceperant, hinc Etruriae principum ex omnibus populis coniurationem de bello 3 ad fanum Voltumnae factam mercatores adferebant: novus quoque terror accesserat defectione Latinorum Hernicorumque, qui post pugnam ad lacum Regillum factam per annos prope centum numquam ambigua fide in amicitiam populi Romani

betur facere, quales sunt sex et triginta atri qui appellantur et alliensis etc. Macrob. Sat. 1, 16: *pontifices statuisse postridie omnes Kalendas, Nonas, Idus atros dies habendos, ut hi dies neque proeliares, neque puri, neque comitiales essent;* Marquardt 2, 3, 64. Ueber die Wiederholung von *insignis* 1, 53, 4.

12. *postridie Id. Q.* Die Annahme eines doppelten dies religiosus wegen der Niederlage hat ihren Grund wol darin, dass in dem alten Kalender der Tag *ante diem XV. Kal. Sextiles* der 16. Juli, in dem durch Caesar verbesserten der 18. Juli war, und nun, was L. jedoch nur als die Meinung Mancher anführt, beide als *religiosi* betrachtet wurden. Dass die Schlacht erst am 18. Juli geliefert sei, war eine spätere Ansicht, der auch L. sich anschliesst, jedoch ohne den falschen Zusatz, dass die Niederlage erst am dritten Tage nach dem ungünstigen Opfer erfolgt sei. — *neque* etc., und ohne erlangt zu haben, ein anderer Ausdruck für *non litasset*, 5, 38. — *obiectus*, wahrscheinlich war ursprünglich berichtet, dass am 3. Tage nach der Schlacht die Stadt eingenommen sei, s. die zu 5, 38, 1 angef. Stelle aus Gellius. — *supersederi*, sich fern halten. Wenn keine *res divinae* vorgenommen werden durften, so musste auch Alles unterbleiben, wozu diese erforderlich waren, Comitien, Schlachten u. s. w. — *iussum*, nach der Ansicht der pontifices, s. Gell. 5, 17. — *traditum*, 2, 1, 11.

2—4, 2. Krieg mit den Volskern und Etruskern. Diod. 14, 117; Plut. Cam. 33 ff.

1. *erigendae — casu*, Andeutung der grossen Schwächung Roms, die L. nicht in ihrem ganzen Umfange übersehen zu haben scheint, s. 5, 56, 1; Nieb. 1, 387 f.

2. *Vulsci*, diese wie die Latiner und Etrusker benutzen die Noth der Römer um sich von der Uebermacht derselben zu befreien. — *principum — Voltumnae*, 5, 17; 10, 16. — *mercatores*, 4, 24, 1.

3. *Latin. Hern.*, die alten Verträge 2, 33; 41 waren wahrscheinlich als Rom immer mehr erstarkte, die Macht der Latiner und Herniker dagegen unter den Kämpfen mit Aequern und Volskern sank, nicht mehr gehalten worden, an die Stelle der Gleichheit Abhängigkeit getreten. — *prope cent.* Die Angabe ist nicht genau, da L. die Schlacht 255 d. St. gesetzt hat, die Bündnisse mit Cassius 261 und 268 d. St. — *in amicitiam*, die freund-

fuerant. itaque, cum tanti undique terrores circumstarent, 4 appareretque omnibus non odio solum apud hostis sed contemptu etiam inter socios nomen Romanum laborare, placuit 5 eiusdem auspiciis defendi rem publicam, cuius recuperata esset, dictatoremque dici M. Furium Camillum. is dictator C. 6 Servilium Ahalam magistrum equitum dixit, iustitioque indicto dilectum iuniorum habuit, ita ut seniores quoque, quibus aliquid roboris superesset, in verba sua iuratos centuriaret. exercitum conscriptum armatumque trifariam divisit. partem 7 unam in agro Veiente Etruriae opposuit, alteram ante urbem castra locare iussit: tribuni militum his A. Manlius, illis qui 8 adversus Etruscos mittebantur L. Aemilius praepositus. tertiam partem ipse ad Vulscos duxit, nec procul a Lanuvio — ad Mecium is locus dicitur — castra oppugnare est adortus. quibus ab contemptu, quod prope omnem deletam a Gallis 9 Romanam iuventutem crederent, ad bellum profectis tantum Camillus auditus imperator terroris intulerat, ut vallo se ipsi vallum congestis arboribus saepirent, ne qua intrare ad munimenta hostis posset. quod ubi animadvertit Camillus, ignem 10 in obiectam saepem coici iussit. et forte erat vis magna venti versa in hostem. itaque non aperuit solum incendio 11 viam, sed flammis in castra tendentibus vapore etiam ac fumo crepituque viridis materiae flagrantis ita consternavit hostes, ut minor moles superantibus vallum in castra Vulscorum Romanis fuerit, quam transcendentibus saepem incendio

liche Gesinnung, wie sie unter verbündeten Völkern stattfindet: Freundschaftsbündniss, dessen Bedingungen die Latiner treu gehalten haben; vgl 43, 21, 2: *urbibus, quae in amicitiam cum fide manserant;* 2, 14, 4; Cic. Div. in Caecil. 20, 66: *nationibus, quae in amicitiam p. R. — essent;* dagegen L. 10, 45, 6: *qui permultos annos in amicitia fuerant.* Vergl. Nieb. 1, 388.

5. *placuit* n. *senatui.* — *eiusdem auspic.*, indem sie eben demselben übertragen werden.

6. *seniores*, welche wegen der geringen Anzahl der Bürger § 9 auch zum Dienste ausser der Stadt aufgeboten werden, 1, 43, 1. — *iuratos*, das sacramentum, 3, 20; Marquardt 3, 2, 292. — *centuriaret*, er ordnete sie in besondere, von den *iuniores* getrennte Centurien; 22, 38, 3; 10, 21, 4.

8. *ad Mecium* wahrscheinlich *collem*, der Ort selbst in der Nähe von Lanuvium ist nicht näher bekannt, die *tribus Maecia* 8, 17 ist wol nach ihm genannt. Nach Plut. waren die Römer περὶ τὸ Μάρκιον ὄρος eingeschlossen, als ihnen Camillus Hülfe bringt, ähnlich Diodor; L. folgt einer anderen Darstellung, hat aber die von Plut. erzählte Fabel übergangen; Peter 1, 219.

9. *quod — crederent*, Zumpt § 551. — *Camillus aud. imp.*, s. 2, 18, 9.

12 absumptam fuerat. fusis hostibus caesisque cum castra impetu cepisset dictator, praedam militi dedit quo minus spe-
13 ratam minime largitore duce, eo militi gratiorem. persecutus deinde fugientes cum omnem Vulscum agrum depopulatus esset, ad deditionem Vulscos septuagesimo demum anno sub-
14 egit. victor ex Vulscis in Aequos transiit et ipsos bellum molientes: exercitum eorum ad Bolas oppressit, nec castra modo sed urbem etiam adgressus impetu primo cepit.

3 Cum in ea parte, in qua caput rei Romanae Camillus erat, ea fortuna esset, aliam in partem terror ingens ingrue-
2 rat. Etruria prope omnis armata Sutrium, socios populi Romani obsidebat, quorum legati opem rebus adfectis orantes cum senatum adissent, decretum tulere, ut dictator primo
3 quoque tempore auxilium Sutrinis ferret. cuius spei moram cum pati fortuna obsessorum non potuisset, confectaque paucitas oppidanorum opere vigiliis vulneribus, quae semper eosdem urgebant, per pactionem urbe hostibus tradita, inermis cum singulis emissa vestimentis miserabili agmine pena-
4 tes relinqueret, eo forte tempore Camillus cum exercitu Romano intervenit. cui cum se maesta turba ad pedes provolvisset, principumque orationem necessitate ultima expressam fletus mulierum ac puerorum, qui exilii comites trahebantur, excepisset, parcere lamentis Sutrinos iussit: Etruscis se lu-
5 ctum lacrimasque ferre. sarcinas inde deponi Sutrinosque

13. *septuagesimo*, obgleich Eutrop. 2, 1 und Oros. 3, 3 dieselbe Zahl angeben, so passt sie doch weder auf den Anfang der Kriege unter Tarquinius 1, 52; noch auf die seit der Gründung der Republik geführten. Daher glaubt Nieb. R. G. 2, 289 es sei der 295 d. St. geschlossene Friede gemeint gewesen, s. 2, 39, 10; 3, 24, 11, der jedoch auch schon gebrochen gewesen wäre, 4, 567.

14. *sed urb.* etc. Nach 4, 49; 51 ist Bolae schon von den Römern erobert, vielleicht eine Colonie dahin geschickt. Entweder ist es wieder in die Gewalt der Aequer gekommen, oder Diodors Bericht vorzuziehen, dass die Aequer Bolae belagert haben, und dabei von den Römern geschlagen worden sind.

3. 2. *prope omnis,* Nieb. 1, 392. — *Sutrium* j. Sutri an der Südseite des saltus Ciminius, nach Diod. 14, 117 schon jetzt, nach Vellej. seit 383 Colonie, s. 27, 9. — *socios*, L. hat nicht erwähnt, wenn die Sutriner sich an Rom haben anschliessen müssen; wahrscheinlich ist es in den Kämpfen nach dem Sturze Vejis, 5, 26—33 geschehen. Ueber die freie Apposit. 1, 20, 3. — *adfectis,* 5, 18, 4. — *tulere,* 2, 12, 15.

3. *moram,* die Verzögerung dessen, was man in Folge des Versprechens hoffte. — *pactionem* = *per condiciones*, § 10. Die Einwohner werden entfernt um die Stadt, den Schlüssel zu Etrurien, c. 9, 4, mit treuen Leuten zu besetzen. — *cum s. v.*, 4, 10, 4.

4. *ferre* = *adferre*, 23, 9, 5:

ibi considere modico praesidio relicto, arma secum militem ferre iubet. ita expedito exercitu profectus ad Sutrium, id quod rebatur, soluta omnia rebus, ut fit, secundis invenit, nullam stationem ante moenia, patentes portas, victorem vagum praedam ex hostium tectis egerentem. iterum igitur 6 eodem die Suturium capitur; victores Etrusci passim trucidantur ab novo hoste, neque se conglobandi coeundique in unum aut arma capiundi datur spatium. cum pro se quis- 7 que tenderent ad portas, si qua forte se in agros eicere possent, clausas — id enim primum dictator imperaverat — portas inveniunt. inde alii arma capere, alii, quos forte ar- 8 matos tumultus occupaverat, convocare suos ut proelium inirent. quod accensum ab desperatione hostium fuisset, ni praecones per urbem dimissi poni arma et parci inermi iussissent, nec praeter armatos quemquam violari. tum etiam 9 quibus animi in spe ultima obstinati ad decertandum fuerant, postquam data spes vitae est, iactare passim arma, inermesque, quod tutius fortuna fecerat, se hosti offerre. magna 10 multitudo in custodias divisa; oppidum ante noctem redditum Sutrinis inviolatum integrumque ab omni clade belli, quia non vi captum sed traditum per condiciones fuerat. Camillus 4 in urbem triumphans rediit trium simul bellorum victor. longe plurimos captivos ex Etruscis ante currum duxit, qui- 2 bus sub hasta venundatis tantum aeris redactum est, ut pretio pro auro matronis persoluto ex eo quod supererat tres paterae aureae factae sint, quas cum titulo nominis Camilli 3 ante Capitolium incensum in Iovis cella constat ante pedes Iunonis positas fuisse.

perniciem nobis cum scelere ferunt.

5. *soluta* etc., alle Mannszucht und militärische Ordnung war aufgelöst. — *ut fit* tritt gewöhnlich zwischen zwei zusammen gehörende Begriffe. — *vagam* — *egerentem,* 1, 14, 7.

9. *obstinati ad* wie 5, 41, 1. — *decertandum,* von dem Streite nicht ablassen, ihn zu Ende führen.

10. *in custodias,* wahrscheinlich denkt L. an die Gefängnisse der Stadt.

4. 1. *trium sim.*, c. 7, 4: *trigeminae victoriae*; c. 35, 6: *omnium simul rerum,* s. 1, 39, 3.

2. *longe pl.* etc., kurz statt welches Gedankens? — *pro auro,* 5, 25; 50.

3. *ante Cap. inc.,* 671 d. St. — *in Iov. c.* Die Celle des Iup. war von der der Juno links, und der der Minerva rechts durch Wände geschieden, so dass es nicht klar ist, wie die Schalen in der Celle des Jupiter und doch zu Füssen der Juno haben stehen können, s. Bekker I, 399.

4 Eo anno in civitatem accepti qui Veientium Capenatiumque ac Faliscorum per ea bella transfugerant ad Romanos, 5 agerque his novis civibus adsignatus. revocati quoque in urbem senatus consulto a Veis, qui aedificandi Romae pigritia occupatis ibi vacuis tectis Veios se contulerant. et primo fremitus fuit aspernantium imperium; dies deinde praestituta capitalisque poena, qui non remigrasset Romam, ex ferocibus universis singulos metu suo quemque obedientes fecit. 6 et Roma cum frequentia crescere, tum tota simul exsurgere aedificiis et re publica inpensas adiuvante, et aedilibus velut publicum exigentibus opus, et ipsis privatis — admonebat enim desiderium usus — festinantibus ad effectum operis. 7 intraque annum nova urbs stetit. — Exitu anni comitia tribunorum militum consulari potestate habita. creati T. Quinctius Cincinnatus Q. Servilius Fidenas quintum L. Iulius Iulus L. Aquilius Corvus L. Lucretius Tricipitinus Ser. Sul- 8 picius Rufus exercitum alterum in Aequos non ad bellum —

4—12. Erweiterung des Staates; Herstellung der Stadt; Krieg gegen Tarquinii; Plut. Cam. 33. Diod. 14, 116; Nieb. 1, 363 f.

4. *in civit.*, es ist das volle Bürgerrecht, c. 5. — *qui — transfugerant;* da dieselben den Kern von 4 neuen Tribus bilden, so können es nicht Ueberläufer gewesen sein, sondern ganze Orte, die zu Rom übertraten, vielleicht ursprünglich verwandte, schon früher mit den Römern verbunden gewesene Tyrrhener, s. 1, 2, 1; ib. 38, 4. Diese werden Bürger, weil in Rom die Zahl derselben gesunken, s. c. 2, 9; Diod. 14, 116, die Treue der Bundesgenossen auf dem linken Tiberufer wankend ist. — *agerque* etc., weil ursprünglich jeder röm. Bürger Grundeigenthum haben musste, s. 2, 16, 5; 1, 43, 1; wahrscheinlich wurde ihnen desshalb ihr Land, s. c. 5, 8, zurückgegeben, und auf ihre Namen in die Censuslisten eingetragen.

5. *revocati — Veis.* Die Voranstellung dieses Satzes hat die dreifache Bezeichnung des localen Verhältnisses (*a Veis — ibi — Veios*) nöthig gemacht. — *occupatis* ist entweder wie 4, 10, 5 zu nehmen, oder die Occupation, s. 2, 41, 2, der Uebersiedlung (*se contulerant*) wirklich vorhergegangen. — *vacuis*, 5, 55, 4. — *deinde* gehört wozu? — Zu *poena* ist aus *praestituta* ein entsprechender Begriff zu nehmen.

6. *et Roma* etc., „und so,“ in Folge der beiden Massregeln. — *cum — crescere*, eine sonst sich nicht bei L. findende Verbindung (anderer Art ist 2, 27, 1; 3, 37, 5), die aber dadurch erklärlich wird, dass *cum — tum* wie *et — et* gleichgestellte Sätze verbinden kann. Indess fehlt *cum* in einigen guten Hdss. — *exigentibus*, die Aedilen, welchen die *cura urbis* oblag, beaufsichtigten und betrieben jetzt den Bau von Privathäusern, s. 5, 55, 3, wie den von öffentlichen Gebäuden. Sonst wird *exigere* mehr von den Censoren gebraucht, Becker 2, 2, 236. — *annum*, dem ersten nach der Zerstörung.

7. *Servilius*, 5, 36. *Lucretius*, wahrscheinlich der Sohn des 5, 32 genannten.

victos namque se fatebantur — sed ab odio ad pervastandos fines, ne quid ad nova consilia relinquerent virium, duxere, alterum in agrum Tarquiniensem. ibi oppida Etruscorum 9 Cortuosa et Contenebra vi capta. ad Cortuosam nihil certaminis fuit: inproviso adorti primo clamore atque impetu cepere. direptum oppidum atque incensum est. Contenebra 10 paucos dies oppugnationem sustinuit; laborque continuus non die non nocte remissus subegit eos. cum in sex partes divisus exercitus Romanus senis horis in orbem succederet proelio, oppidanos eosdem integro semper certamini paucitas fessos obiceret, cessere tandem, locusque invadendi urbem Romanis datus est. publicari praedam tribunis placebat; sed 11 imperium quam consilium segnius fuit: dum cunctantur, iam militum praeda erat, nec nisi per invidiam adimi poterat. eodem anno, ne privatis tantum operibus cresceret urbs, Ca- 12 pitolium quoque saxo quadrato substructum est, opus vel in hac magnificentia urbis conspiciendum.

Iam et tribuni plebis civitate aedificando occupata con- **5** tiones suas frequentare legibus agrariis conabantur. ostenta- 2 batur in spem Pomptinus ager tum primum post accisas a Camillo Vulscorum res possessionis haud ambiguae. crimina- 3 bantur multo eum infestiorem agrum ab nobilitate esse quam a Vulscis fuerit: ab illis enim tantum, quoad vires et arma habuerunt, incursiones eo factas, nobiles homines in posses- 4

8. *victos*, die Aequer sind durch den Einfall der Gallier so geschwächt, dass sie ihre früheren Besitzungen nicht behaupten können, und erst 9, 45 wieder im Kampfe mit Rom erscheinen. — *Tarquiniensem*, 5, 16.

9. *Cortuosa Cont.*, wahrscheinlich von Tarquinii abhängige, sonst nicht erwähnte Orte.

11. *sed imp.* etc., vgl. 5, 20, 4; L. selbst hat mehrmals berichtet, dass die Soldaten gegen ihren Willen die Beute unberührt lassen.

12. *saxo q.*, ungeachtet der Noth wird eine Mauer, die noch in später Zeit, s. Plin. 36, 5, 24, bewundert wurde, errichtet, theils wol um die überhängenden Felsen des Capitolium zu stützen, theils um das Ersteigen zu verhindern, 5, 47; 38, 28; also nach der Tiber hin. Dass hierzu eine ausserordentliche Steuer ausgeschrieben wurde, ist nach 6, 32, 1 wahrscheinlich. — *hac*, 1, 55, 9.

5. Innere Verhältnisse.

1. *frequentare*, viele Menschen herbeiziehen, wie oft *celebrare*, § 5. — *legibus*, der Plural steigernd.

2. *in spem*, als das, was sie zu erhalten hoffen dürften, s. c. 11, 5; 1, 17, 9; sonst heisst es gewöhnlich: *ostendere spem alicuius rei*. — *Pomptinus* etc., ein Theil desselben war schon früher im Besitze der Römer gewesen, 2, 25; 34; bei dem Zuge des Coriolan aber wieder in die Gewalt der Volsker (daher *a Vulscis*) gekommen.

3. *habuerunt*, 2, 15, 3.

4. *in possess.* — *grassari*, sich gewaltsam, gierig in den Besitz se-

sionem agri publici grassari; nec nisi, antequam omnia prae-
5 cipiant, divisus sit, locum ibi plebi fore. haud magno opere plebem moverant et infrequentem in foro propter aedificandi curam et eodem exhaustam inpensis, eoque agri inmemorem,
6 ad quem instruendum vires non essent. — In civitate plena religionum, tunc etiam ab recenti clade superstitiosis principibus, ut renovarentur auspicia, res ad interregnum rediit. interreges deinceps M. Manlius Capitolinus, Ser. Sulpicius
7 Camerinus, L. Valerius Potitus. hic demum tribunorum militum consulari potestate comitia habuit. L. Papirium *C. Cornelium C.* Sergium L. Aemilium iterum L. Menenium L. Valerium Publicolam tertium creat. ii ex interregno magi-
8 stratum occepere. eo anno aedis Martis Gallico bello vota dedicata est a T. Quinctio duumviro sacris faciendis. tribus quattuor ex novis civibus additae: Stellatina Tromentina Sabatina Arniensis; eaeque viginti quinque tribuum numerum explevere.

6 De agro Pomptino ab L. Sicinio tribuno plebis actum ad frequentiorem iam populum mobilioremque ad cupiditatem

tzen wollen; vergl. 2, 12, 15. — *praecipiant,* durch Occupation. — *divisus* etc., 4, 53, 6.

5. *eodem*, eben dadurch; obgleich diese Bedeutung sonst sich nicht findet, wird doch *eo* oft von L. = dadurch gebraucht. — *instruendam*, um die nöthigen Einrichtigungen zur Ansiedlung und Bebauung zu treffen fehlt es ihnen an Capital; *viribus = copiis*, 23, 41, 6.

6. *ab rec. cl.*, die Niederlage an der Alia, vgl. 5, 38, 1; ib. 36, 6. Einen speciellen Grund für die *renovatio auspiciorum* 5, 17, 2 scheint L. nicht gefunden zu haben, so dass die Nachricht etwas abgerissen erscheint, vgl. 7, 28, 9. — *Manlius,* 5, 47; *Sulpicius*, 5, 32; *Valerius,* 5, 48.

7. *Papirius,* 9, 34, 20; 6, 11. Statt *C. Cornelium C. Sergium* haben die Hdss. nur *Cn. Sergium*, aber Diod. und die Fast. Cap. nennen *Cornelius. Sergium,* c. 27. *Aemilium,* c. 1. *Menenium* (*Lanatum*). *Valerium,* c. 1.

8. *aedis — vota,* vorher nicht erwähnt. — *novis civ.*, c. 4. Die Namen sind nicht, wie die der älteren Tribus, nach Gentilnamen gebildet, sondern local: *Stellatina* von dem *campus Stellatinus* bei Capena; *Sabatina* von den *lacus Sabatinus*, j. Lago di Bracciano nordwestlich von Veii; *Tromentina* nach dem *campus Tromentinus*, wahrscheinlich auch in Etrurien. Ob die *Arniensis,* 29, 37, nach dem Arno benannt sei, ist zweifelhaft, da die Römer erst später bis an diesen vorgedrungen sind. — *eaeque* etc. weist auf 2, 21 zurück, und *explere*, s. 1, 43, 12, deutet zugleich an, dass jetzt durch die bestimmte Zahl der Tribus ein gewisser Abschluss der Verfassung erlangt sei. Später werden immer nur je 2 Tribus auf einmal gebildet.

6—10. Krieg mit den Volskern und Etruskern.

1. *ab L. Sic.*, er stellt einen neuen Antrag, da der frühere nicht durchgegangen ist.

agri quam fuerat. et de Latino Hernicoque bello mentio facta in senatu maioris belli cura, quod Etruria in armis erat, dilata est. — Res ad Camillum tribunum militum consulari potestate rediit; collegae additi quinque Ser. Cornelius Maluginensis Q. Servilius Fidenas sextum L. Quinctius Cincinnatus L. Horatius Pulvillus P. Valerius. principio anni aversae curae hominum sunt a bello Etrusco, quod fugientium ex agro Pomptino agmen repente inlatum in urbem attulit Antiates in armis esse, Latinorumque populos iuventutem suam misisse ad id bellum, eo abnuentes publicum fuisse consilium, quod non prohibitos tantummodo voluntarios dicerent militare ubi vellent. desierant iam ulla contemni bella. itaque senatus diis agere gratias, quod Camillus in magistratu esset: dictatorem quippe dicendum eum fuisse, si privatus esset. et collegae fateri regimen omnium rerum, ubi quid bellici terroris ingruat, in viro uno esse; sibique destinatum in animo esse Camillo summittere imperium, nec quicquam de maiestate sua detractum credere, quod maiestati eius viri concessissent. conlaudatis ab senatu tribunis et ipse Camillus, confusus animo, gratias egit. ingens inde ait onus a populo Romano sibi, qui se dictatorem iam quartum creas-

2 3 4 5 6 7 8

2. *de Lat. Hern.*, c. 2, 3. — *dilata* n. die Verhandlung darüber.

3. *res — rediit*, sonst von dem interregnum gebraucht, bezeichnet hier die Leitung der Staatsangelegenheiten überhaupt, vgl. 4, 43, 7. *Cornelius*, 5, 36, 11. *Servilius*, c. 4.

4. *fugientium*, wahrscheinlich Clienten, denen die Patricier Theile des occupirten Landes gegeben hatten. Die Hoffnung c. 5, 2 war also illusorisch gewesen. — *Antiates*, dieselben Feinde wie c. 2, 8. — *suam misisse*. Nach der Aussage der Fliehenden haben die Latiner auf öffentliche Autorität ihre junge Mannschaft an dem Kriege Theil nehmen lassen, während die lat. Staaten behaupten, dass sie selbst unbetheiligt seien, nur Freiwillige als Privatpersonen den Feldzug mitgemacht hätten, c. 10, 7. — *voluntarios*, diese werden jetzt oft erwähnt, c. 7, 1; 10, 7; 12, 6; 17, 7, wahrscheinlich in Folge der Auflösung der Verhältnisse in den Staaten, die durch den Einfall der Gallier veranlasst war.

7. *summittere*, wiewol ihm gleichgestellt, wollten sie sein imperium als ein höheres, wie das des Dictators, anerkennen, sich ihm unterordnen. — *confusus*, Ausdruck der Bescheidenheit; anders 6, 34; 1, 7.

8. *qui se dict.* etc. Die Worte sind in mehrfacher Beziehung dunkel, weil nicht das Volk selbst den Dictator wählt, s. 5, 46, 10; 22, 8, 6; und nicht die Rede davon gewesen ist, dass es ihn habe wählen wollen, sondern nur im Senate die Ansicht geherrscht hat, dass er unter anderen Verhältnissen habe gewählt werden müssen. Der Sinn scheint zu sein: dass er (wenn auch nicht dem Namen, doch dem Wesen nach) jetzt Dictator sei, habe er dem Volke zu danken, da dieses ihn zum Kriegstribun ge-

set, magnum a senatu talibus de se iudiciis eius ordinis, maximum tam honoratorum collegarum obsequio iniungi. 9 itaque si quid laboris vigiliarumque adici possit, certantem secum ipsum adnisurum, ut tanto de se consensu civitatis opinionem, quae maxima sit, etiam constantem efficiat. 10 quod ad bellum atque Antiates attineat, plus ibi minarum quam periculi esse. se tamen ut nihil timendi sic nihil con- 11 temnendi auctorem esse. circumsederi urbem Romanam ab invidia et odio finitimorum: itaque et ducibus pluribus et 12 exercitibus administrandam rem publicam esse. „te“ inquit, „P. Valeri, socium imperii consiliique legiones mecum ad- 13 versus Antiatem hostem ducere placet; te, Q. Servili, altero exercitu instructo paratoque in urbe castra habere, intentum, sive Etruria se interim, ut nuper, sive nova haec cura, Latini atque Hernici, moverint. pro certo habeo ita rem gesturum, ut patre avo teque ipso ac sex tribunatibus dignum 14 est. tertius exercitus ex causariis senioribusque a L. Quinctio scribatur, qui urbi moenibusque praesidio sit. L. Horatius arma tela frumentum quaeque belli alia tempora po- 15 scent provideat. te, Servi Corneli, praesidem huius publici consilii, custodem religionum comitiorum legum rerum omnium 16 urbanarum collegae facimus.“ cunctis in partes muneris sui benigne pollicentibus operam Valerius socius imperii lectus adiecit, M. Furium sibi pro dictatore seque ei pro magistro 17 equitum futurum: proinde, quam opinionem de unico imperatore, eam spem de bello haberent. se vero bene sperare

wählt und die Erweiterung seiner Machtvollkommenheit gebilligt hatte: *qui se (tribunum mil.) creasset, ut iam dictator q. esset.* Der Ausdruck ist nur gewählt um die Verpflichtung des Camillus stärker auszudrücken, und die Gradation mehr hervortreten zu lassen.

11. *ab invidia*, s. 3, 15, 7. — *administr. r. p.*, 2, 64, 5.

13. *exercitu*, ein zweites aus iuniores bestehendes Heer. — *ut nup.*, c. 3. — *nova h. c.* Dieser neue Gegenstand der Sorge, mit Nachdruck vorangestellt, c. 1, 4; 5, 19, 5, und um an *Latini a. H.* das Prädicat anzufügen. — *patre* etc., 4, 21; 46; 3, 6.

14. *ex causariis*, Ulpian. 2, 2: *est honesta (missio), quae emeritis stipendiis vel ante ab imperatore indulgetur, et causaria, quae propter valetudinem laboribus militiae solvit;* 3, 4, 10; 6, 2, 6; ib. 32, 5. — *quaeque b. a.*, freiere Stellung statt *quaeque belli alia*, praef. 5.

15. *praesidem h.* etc., der praefectus urbis, dessen verschiedene Obliegenheiten hier dargestellt werden. — *legum*, die Jurisdiction, wie sie später der Prätor hatte, s. c. 42, 11; 4, 31, 1.

17. *vero* tritt oft um die Geneigtheit etwas anzunehmen zu dem Personalpron., Naegelsbach Stil. S. 552.

patres et de bello et de pace universaque re publica erecti gaudio fremunt, nec dictatore umquam opus fore rei publi- 18 cae, si tales viros in magistratu habeat, tam concordibus iunctos animis, parere atque imperare iuxta paratos laudemque conferentes potius in medium quam ex communi ad se trahentes.

Iustitio indicto dilectuque habito Furius ac Valerius ad 7 Satricum profecti, quo non Vulscorum modo iuventutem Antiates ex nova subole lectam sed ingentem Latinorum Hernicorumque conciverant ex integerrimis diutina pace populis. itaque novus hostis veteri adiunctus commovit animos militis Romani. quod ubi aciem iam instruenti Camillo centu- 2 riones renuntiaverunt turbatas militum mentes esse, segniter arma capta, cunctabundosque et resistentes egressos castris esse, quin voces quoque auditas, cum centenis hostibus singulos pugnaturos et aegre inermem tantam multitudinem nedum armatam sustineri posse: in equum insilit, et ante signa 3 obversus in aciem ordines interequitans: „quae tristitia, milites, haec, quae insolita cunctatio est? hostem, an me, an vos ignoratis? hostis est quid aliud quam perpetua materia virtutis gloriaeque vestrae? vos contra me duce, ut Falerios 4 Veiosque captos et in capta patria Gallorum legiones caesas

7. 1. *Satricum,* für die Römer als Schlüssel zu der reichen pomptinischen Landschaft sehr wichtig, war in dem Kriege Coriolans, 2, 39, von den Volskern erobert worden, vor dem Gallischen Kriege nach Diod. 14, 102 wieder den Römern unterworfen gewesen, kommt aber jetzt von neuem in die Gewalt der Volsker. — *ex integerr.,* beruht wol auf einem Missverständnisse L's, der diese Völker, wie später, den Römern unterworfen und nicht berechtigt denkt Krieg zu führen, 2, 53; 3, 6, während sie nicht allein in Verbindung mit Rom, sondern gewiss auch oft allein mit den Volskern und Aequern gekämpft haben, s. c. 10, 8.

2. *resistentes,* ungern, widerstrebend, wie die Verbindung mit *cunctabundos* zeigt, Gron. wollte *restitantes* lesen, was in dieser Bedeutung gewöhnlicher ist. — *nedum,* Zumpt § 573.

3. *ante signa* etc., die, wahrscheinlich von Camillus eingeführte, Manipularstellung wird hier vorausgesetzt; er spricht zuerst zu den antesignani, vor denen bei dem Beginne der Schlacht die Fahnen standen, dann zu den folgenden Gliedern (*ordines intereq.*), s. 8, 8. Von dem Asyndeton, *obversus — interequitans,* finden sich zwar einige Beispiele, 2, 46, 4; 29, 7, 6, doch ist vielleicht a. u. St. *ordines inde intereq.* zu lesen. Im Folg. ist die Wortstellung *hostis est quid al.* ungewöhnlich. — *materia,* Cic. Mil. 13, 35: *quid enim odisset Clodium Milo, segetem ac materiam suae gloriae.*

4. *Falerios,* 5, 27. *Veios,* 5, 21. — *capta,* 5, 49. — *et Aequis* ohne Präpos., weil sie als mit den Vols-

taceam, modo trigeminae victoriae triplicem triumphum ex
5 his ipsis Vulscis et Aequis et ex Etruria egistis. an me, quod non dictator vobis sed tribunus signum dedi, non agnoscitis ducem? neque ego maxima imperia in vos desidero, et vos in me nihil praeter me ipsum intueri decet: neque enim dictatura mihi umquam animos fecit, ut ne exilium quidem
6 ademit. iidem igitur omnes sumus, et cum eadem omnia in hoc bellum adferamus, quae in priora attulimus, eundem eventum belli expectemus. simul concurreritis, quod quisque didicit ac consuevit, faciet: vos vincetis, illi fugient."

8 Dato deinde signo ex equo desilit, et proximum signiferum manu arreptum secum in hostem rapit „infer, miles," cla-
2 mitans „signum." quod ubi videre ipsum Camillum iam ad munera corporis senecta invalidum vadentem in hostes, procurrunt pariter omnes clamore sublato „sequere imperato-
3 rem" pro se quisque clamantes. emissum etiam signum Camilli iussu in hostium aciem ferunt, idque ut repeteretur
4 concitatos antesignanos. ibi primum pulsum Antiatem, terroremque non in primam tantum aciem sed etiam ad subsi-
5 diarios perlatum. nec vis tantum militum movebat excitata praesentia ducis, sed quod Vulscorum animis nihil terribilius
6 erat quam ipsius Camilli forte oblata species: ita, quocumque se intulisset, victoriam secum haud dubiam trahebat. maxime id evidens fuit, cum in laevum cornu prope iam pulsum arrepto repente equo cum scuto pedestri advectus conspectu suo proelium restituit, ostentans vincentem ceteram
7 aciem. iam inclinata res erat, sed turba hostium et fugam inpediebat, et longa caede conficienda multitudo tanta fesso

kern zusammengehörend betrachtet werden.

6. *quisque*, 4, 43, 11.

8. 2. *clamore subl.* ist das gewöhnliche Kriegsgeschrei, *clamantes* der eben erwähnte Zuruf. — *senecta*, 2, 40, 6.

3. *emissum*, wie 3, 70, 10. — *antesignanos* und nachher: *prima acies* die hastati und principes, wie § 4: *subsidiarii*, die Triarier, s. 8, 8; 2, 47, 5; 4, 28, 2.

5. *movebat* = *terrebat*, s. c. 7, 1; 22, 61, 13: *nec tamen eae clades — moverunt.*

6. *ita*, wie sonst *adeo*, praef. 11. — *cornu*, der Römer. — *cum sc. ped.*, im Eifer hat er nicht einmal den beim Reiten unbequemen Schild der Fussgänger mit der *parma* vertauscht, umgekehrt kämpft 2, 46, 5 Fabius mit der parma zu Fusse. — *conspectu* passiv = § 5: *oblata species;* Cic. Fin. 5, 18, 48.

7. *sed turba* etc., der Sieg war schon entschieden, aber die verworrene Masse der Feinde, s. 9, 23, 16: *semet ipsam turba impediens*, hinderte, ihn sogleich zu verfolgen, da sie nicht nur die Flucht der Feinde erschwerte, sondern auch die Römer nöthigte, die

militi erat, cum repente ingentibus procellis fusus imber certam magis victoriam quam proelium diremit. signo deinde 8 receptui dato nox insecuta quietis Romanis perfecit bellum. Latini namque et Hernici relictis Vulscis domos profecti sunt malis consiliis pares adepti eventus: Vulsci ubi se desertos 9 ab eis videre, quorum fiducia rebellaverant, relictis castris moenibus Satrici se includunt. quos primo Camillus vallo circumdare et aggere atque operibus oppugnare est adortus. quae postquam nulla eruptione inpediri videt, minus esse 10 animi ratus in hoste quam ut in eo tam lentae spei victoriam expectaret, cohortatus milites, ne tamquam Veios oppugnantes in opere longinquo sese tererent, victoriam in manibus esse, ingenti militum alacritate moenia undique adgressus scalis oppidum cepit. Vulsci abiectis armis sese dediderunt.

Ceterum animus ducis rei maiori, Antio, inminebat: id 9 caput Vulscorum, eam fuisse originem proximi belli. sed 2 quia nisi magno apparatu, tormentis machinisque, tam valida urbs capi non poterat, relicto ad exercitum collega Romam est profectus, ut senatum ad excidendum Antium hortaretur. inter sermonem eius — credo rem Antiatem diuturniorem 3 manere diis cordi fuisse — legati ab Nepete ac Sutrio auxilium adversus Etruscos petentes veniunt, brevem occasionem esse ferendi auxilii memorantes. eo vim Camilli ab Antio fortuna avertit. namque cum ea loca opposita Etruriae et 4

grosse Menge niederzuhauen, was lange Zeit erfordert hätte. — *diremit* etc., s. 7, 33, 15; der Sturm trennte die Parteien, als sie bereits nicht mehr kämpften, sondern die eine schon siegte.

10. *lentae sp. v.*, ein Sieg, der erst nach langem Verzug gehofft werden konnte; ein freier Gebrauch des genit. qualitatis.

9. 1. *caput*, 3, 10, 8. Antium und Ecetrae, s. 2, 25 u. 33, erscheinen noch immer als die wichtigsten Punkte der Volsker. — *fuisse*, daraus ist zu *caput* was zu denken?

2. *nisi magno* etc., die Stadt lag auf einem weit in das Meer ragenden Felsen, 2, 63; 65. — *tormentis*, die in späterer Zeit gebrauchten Ballisten, Catapulten; *machinis* umfasst das übrige Belagerungsgeschütz. — *ad exerc.*, 3, 18, 5.

3. *rem Ant.*, 2, 9, 5. — *diis cordi*, was nachher *fortuna* genannt wird, s. Einl. S. 16. — *Nepete* j. Nepi, nordöstlich von dem lacus Sabatinus. L. braucht die Form *Nepete* als Nominat. 27, 9, 7; Accus. 6, 21; 29, 15; Abl. 10, 14, wie *Caere* 1, 2, 3. — *Sutrio*, c. 3.

4. *opposita Etr.*, sie lagen Etrurien entgegen, vor demselben, und bildeten so den Riegel, Verschluss ebensowol als den Durchgangspunkt von dieser Seite her, so dass wer dieselben besass den Zugang in sein Land abschliessen und öffnen konnte, s. 9, 32, 1: *quae urbs* (*Sutrium*) — *velut claustra Etru-*

velut claustra inde portaeque essent, et illis occupandi ea cum quid novi molirentur, et Romanis recuperandi tuendi-
5 que cura erat. igitur senatui cum Camillo agi placuit, ut omisso Antio bellum Etruscum susciperet. legiones urbanae,
6 quibus Quinctius praefuerat, ei decernuntur. quamquam expertum exercitum adsuetumque imperio, qui in Vulscis erat, mallet, nihil recusavit; Valerium tantummodo imperi socium depoposcit. Quinctius Horatiusque successores Valerio in
7 Vulscis missi. profecti ab urbe Sutrium Furius et Valerius partem oppidi iam captam ab Etruscis invenere, ex parte altera intersaeptis itineribus aegre oppidanos vim hostium ab
8 se arcentes. cum Romani auxilii adventus tum Camilli nomen celeberrimum apud hostes sociosque et in praesentia rem inclinatam sustinuit, et spatium ad opem ferendam dedit.
9 itaque diviso exercitu Camillus collegam in eam partem circumductis copiis, quam hostes tenebant, moenia adgredi iubet, non tanta spe scalis capi urbem posse, quam ut aversis eo hostibus et oppidanis iam pugnando fessis laxaretur labor, et ipse spatium intrandi sine certamine moenia habe-
10 ret. quod cum simul utrimque factum esset, ancepsque terror Etruscos circumstaret, et moenia summa vi oppugnari et intra moenia esse hostem viderent, porta se, quae una forte
11 non obsidebatur, trepidi uno agmine eiecere. magna caedes fugientium et in urbe et per agros est facta. plures a Fu-

riae erat; 45, 11, 4: *Pelusii validum relictum erat praesidium: adparebat claustra Aegypti teneri, ut, cum vellet, exercitum induceret.*

5. *legiones urb.* Man sollte erwarten, dass das als Reserve gegen Etrurien aufgestellte Heer, s. c. 6, 13, jetzt Camillus übergeben werde, nicht das aus causarii und seniores bestehende unter Quinctius, besonders da die seniores nur bei dringender Gefahr in das Feld rücken. Sigonius liest daher *Q. Servilius* statt *Quinctius;* doch kann auch L. die Heere verwechselt oder anzugeben unterlassen haben, dass vom Senate eine Aenderung im Commando angeordnet worden sei. Uebrigens konnte von Rom das Heer schneller nach Sutrium gelangen als das von Antium.

6. *mallet,* wenn man es ihm freigestellt hätte. — *in Vulscis = qui Valerio in Vulscis successores essent.*

7. *intersaeptis itin.* „durch Barrikaden.“ Naegelsbach S. 106.

9. *non tanta spe,* indem seine Hoffnung nicht so gross war, nicht sowol in der Hoffnung als in der Absicht. Ueber *tantus — quam* s. 7, 15, 10; 37, 51, 9: *litterae — non tantum gaudium — attulerunt, quam averterant famam;* Tac. Dial. 6: *ullane tanta voluptas quam spectare;* Virg. Aen. 6, 353. Ueber den acc. c. inf. c. 13, 7; vgl. 40, 31, 6; 34, 24, 7.

10. *ancepsque,* auch Camillus griff, nachdem er in die Stadt gerückt war, die Feinde an.

rianis intra moenia caesi; Valeriani expeditiores ad persequendos fuere, nec ante noctem, quae conspectum ademit, finem caedendi fecere. Sutrio recepto restitutoque sociis 12 Nepete exercitus ductus, quod per deditionem acceptum iam totum Etrusci habebant. Videbatur plus in ea urbe recipi- **10** enda laboris fore, non in eo solum quod tota hostium erat, sed etiam quod parte Nepesinorum prodente civitatem facta erat deditio. mitti tamen ad principes eorum placuit, ut se- 2 cernerent se ab Etruscis fidemque, quam inplorassent ab Romanis, ipsi praestarent. unde cum responsum allatum esset 3 nihil suae potestatis esse, Etruscos moenia custodiasque portarum tenere, primo populationibus agri terror est oppidanis admotus; deinde, postquam deditionis quam societatis fides 4 sanctior erat, fascibus sarmentorum ex agro conlatis ductus ad moenia exercitus, conpletisque fossis scalae admotae; et clamore primo impetuque oppidum capitur. Nepesinis inde 5 edictum ut arma ponant, parcique iussum inermi; Etrusci pariter armati atque inermes caesi. Nepesinorum quoque auctores deditionis securi percussi; innoxiae multitudini redditae res, oppidumque cum praesidio relictum. ita duabus 6 sociis urbibus ex hoste receptis victorem exercitum tribuni cum magna gloria Romam reduxerunt. — Eodem anno ab Latinis Hernicisque res repetitae, quaesitumque, cur per eos

11. *Furianis,* die Leute des Fur., 2, 18, 4. — *restitutoque* etc., der Erfolg ist dem c. 3 geschilderten so ähnlich, dass Nieb. R. G. 2,654 die ganze Begebenheit, welche Plutarch c. 37 später ansetzt, in Zweifel zieht; obgleich an der Grenze, wie § 4 bemerkt ist, solche Kämpfe sich wiederholen konnten.

10. 1. *non in eo sol.* n.: *plus laboris fore,* wäre so gesagt, wie 43, 16, 2: *in ea re cum equestrem ordinem offendissent,* oder Cic. Fin. 4, 14, 37: *in eo — laudatur,* doch ist es wahrscheinlicher dass *in* aus *in ea* wiederholt, und mit Gron. *eo* zu lesen sei. — *parte Nep.,* nach § 5 die Angesehenen, welche auf der Seite der alten Herrn standen, wie die unterdrückte (tyrrhenische) Bevölkerung zu den Römern hielt. Das folg. *tamen* bezieht sich nur auf den letzten Satz: *sed etiam quod* etc.

2. *fidem,* das treue Halten an dem Bündnisse, nach welchem sie Hülfe begehrt hatten, vgl. 8, 1, 10. — *inde = a quibus.*

4. *fascibus s.,* 22, 16, 7: *faces — ex agris collectae fascesque virgarum atque aridi sarmenti;* Faschinen.

5. *Nepesinorum q. a.* kurz statt: *Nepesinorum quoque ii qui auctores fuerant.* Die Anstifter des Abfalles (*auctores*) werden gewöhnlich als Verräther bestraft, 4, 10, 6; 6, 21, 7 u. a., vgl. 1, 28, 9; 2, 4, 7. — *redditur res,* die eigentlich den Siegern gehörten. — *cum praes. = ita ut praesidium haberet,* wie im Griech. ἔχων.

6. *cur per* etc., c. 2, 3; 7, 1. Das schon früher gelockerte Bünd-

7 annos militem ex instituto non dedissent. responsum frequenti utriusque gentis concilio est nec culpam in eo publicam nec consilium fuisse, quod suae iuventutis aliqui apud 8 Vulscos militaverint. eos tamen ipsos pravi consilii poenam habere, nec quemquam ex his reducem esse. militis autem non dati causam terrorem adsiduum a Vulscis fuisse, quam pestem adhaerentem lateri suo tot super alia aliis bellis ex-9 hauriri nequisse. quae relata patribus magis tempus quam causam non visa belli habere.

11 Insequenti anno, A. Manlio P. Cornelio T. et L. Quinctiis Capitolinis L. Papirio Cursore iterum *C. Sergio iterum* tribunis consulari potestate, grave bellum foris, gravior domi 2 seditio exorta: bellum ab Vulscis adiuncta Latinorum atque Hernicorum defectione, seditio, unde minime timeri potuit, a patriciae gentis viro et inclitae famae, M. Manlio Capito-3 lino. qui nimius animi cum alios principes sperneret, uni invideret eximio simul honoribus atque virtutibus, M. Furio,

niss des Cassius 2, 33, 4 scheint ganz aufgelöst zu sein; Nieb. 1, 393 ff. — *ex instituto*, L. denkt dabei wol an die formula, oder das foedus der socii, s. 3, 22, 4; 22, 57.

7. *concilio,* in besonderen Landtagen, natürlich mit Ausschluss der Römer. — *nec culpam* etc. Die Staaten sind nur für das verantwortlich, was *publico consilio* geschieht, wenn Einzelne fehlen, so kann deren Auslieferung gefordert werden, s. c. 6, 4; 1, 24, 7.

8. *his,* so steht *hic* bisweilen in orat. obl., 5, 2, 8; ib. 11, 11 u. a. — *terrorem* etc., der Grund war gewiss richtig, da die Latiner mehr den Angriffen derselben ausgesetzt waren, nur ist dann das Zugeständniss, dass Freiwillige aus ihren Staaten die Volsker unterstützt haben, auffallend. — *adhaer. lateri,* 34, 41, 4: *lateri adhaerens tyrannus;* 39, 25, 11: *lateri adhaerere gravem dominum;* vgl. 3, 37, 6. — *super alia aliis*, durch Kriege über Kriege, obgleich sie immer neue Kriege führten. Die Verbindung von *alii super alios* um die Wiederholung zu bezeichnen ist bei L. nicht selten, doch steht *super alia* gewöhnlich nach, s. 1, 50, 6; 3, 56, 4; ib. 68, 4 u. a., bisweilen wie a u. St. voran, s. 10, 5, 4; 25, 22, 1. — *exhauriri* etc., sie hätten nicht erschöpft, ihre Kraft nicht aufgezehrt werden können.

9. *tempus* sowol als *causam* hängen von *habere* ab: *visa sunt magis tempus non habere quam causam non habere,* ein milderer Ausdruck für: *causam quidem belli habere visa sunt, sed non tempus belli esse.* Gewöhnlicher steht in diesem Falle *potius*, nicht *magis.*

11—20. M. Manlius Capitolinus. Plut. Cam. 36; Gell. 17, 21, 24.

1. *Manlio — Cornelio,* c. 1, beide *iterum.* *L. Quinctius,* c. 6; 32; *T. Quinctius* scheint L. für den c. 4 genannten zu halten, da die Quinctii nicht allein *Capitolini* heissen, sondern auch *Cincinnati.* *Papirio*, c. 6. *C. Sergio iterum* fehlt in den Hdss., aber er wird in den Fasten genannt, und c. 27 sein drittes Tribunat erwähnt, vgl. c. 5.

2. *patriciae g.*, 3, 33, 10.

3. *nimius an.*, stolz, anmassend,

aegre ferebat solum eum in magistratibus, solum apud exercitus esse, tantum iam eminere, ut isdem auspiciis creatos 4 non pro collegis sed pro ministris habeat, cum interim, si quis vere aestimare velit, M. Furio recuperari patria ex obsidione hostium non potuerit, nisi a se prius Capitolium atque arx servata esset; et ille inter aurum accipiendum et in 5 spem pacis solutis animis Gallos adgressus sit, ipse armatos capientesque arcem depulerit; illius gloriae pars virilis apud omnes milites sit, qui simul vicerint, suae victoriae neminem omnium mortalium socium esse. his opinionibus inflato ani- 6 mo, ad hoc vitio quoque ingenii vehemens et inpotens, postquam inter patres non quantum aequum censebat excellere suas opes animadvertit, primum omnium ex patribus popu- 7 laris factus cum plebeis magistratibus consilia communicare, criminando patres, adliciendo ad se plebem, iam aura non consilio ferri, famaeque magnae malle quam bonae esse. et non contentus agrariis legibus, quae materia semper tri- 8 bunis plebi seditionum fuisset, fidem moliri coepit: acriores quippe aeris alieni stimulos esse, qui non egestatem modo

§ 6; vergl. 3, 26, 12. — *apud exerc.* hebt die Seite der Magistratur hervor, von welcher Camillus besonders glänzte.

4. *isdem ausp.*, c. 6; 7; 16. vgl. 7, 1, 6. — *cum interim,* da indessen, da doch, vgl. 4, 51, 4; 29, 15, 2. — *velit* hat sich, obgleich *nisi — esset* vorausgeht, an *potuerit*, welches ein *potuit* der orat. recta vertritt, angeschlossen. — *Furio,* 1, 23, 10.

5. *inter ac. aur.*, als die Gallier das Gold schon in Empfang nahmen. — *in spem,* auf die Hoffnung hin, c. 5, 2; 44, 25, 10: *malebat in spem Romanae pacis non recusare inpensam.* Da jedoch in den meisten Hdss. *in* fehlt, so vermuthet Dobree: *spe resolutis:* sorglos, nicht an den Kampf denkend, c. 3, 5. — *neminem* etc. geht von der begonnenen Construct. ab, was nach *cum interim,* s. c. 27, 6; 4, 51, 4, geschehen konnte; der Gedanke erscheint so selbständiger, der Gegensatz schärfer. Ueber den Gedanken Cic. Marc. 2.

6. *inter patr.*, im Senate; auch ist er, worauf § 3 *solum* hindeutet, seit der Rettung des Capitols zu keinem Staatsamte gewählt worden.

7. *primum,* wahrscheinlich ist *primus* zu lesen, da *omnium* hier, anders als 1, 1, 1, auf eine Folge von Personen hinweist, s. 2, 18, 4. Uebrigens sind schon *Valerius* 2, 8 und *Cassius* 2, 41 als *populares* dargestellt, die aber nicht so entschieden gegen die Patricier aufgetreten waren. — *communicare,* 1, 54, 1. — *aura* n. *popularis,* was hier fehlen konnte.

8. *non cont. ag. leg.*, nicht dass er Ackergesetze veranlasst hätte, s. jedoch c. 16, 7, sondern sie genügen ihm nicht, er unternimmt etwas Gefährlicheres, nämlich den Credit zu erschüttern, *fidem moliri,* c. 41, 11; 2, 30, 1; vergl. Cic. Off. 2, 24, 2. — *moliri,* wankend machen; indem er das Volk gegen den hohen Zinsfuss aufregt. Nach Appian. Ital. 9 hat er auf Schuldentilgung angetragen, s. auch c. 14, 11. — *ignominiam,* c. 34,

atque ignominiam minentur, sed nervo ac vinculis corpus
9 liberum territent. et erat aeris alieni magna vis re damnosissima
etiam divitibus, aedificando, contracta. bellum itaque
Vulscum grave per se, oneratum Latinorum atque Hernicorum
defectione in speciem causae iactatum, ut maior pote-
10 stas quaereretur: sed nova consilia Manlii magis conpulere
senatum ad dictatorem creandum. creatus A. Cornelius Cossus
magistrum equitum dixit T. Quinctium Capitolinum.

12 Dictator etsi maiorem dimicationem propositam domi
quam foris cernebat, tamen, seu quia celeritate ad bellum
opus erat, seu victoria triumphoque dictaturae ipsi vires se
additurum ratus, dilectu habito in agrum Pomptinum, quo a
2 Vulscis exercitum inductum audierat, pergit. non dubito,
praeter satietatem tot iam libris adsidua bella cum Vulscis
gesta legentibus illud quoque succursurum, quod mihi percensenti
propiores temporibus harum rerum auctores miraculo
fuit, unde totiens victis Vulscis et Aequis suffecerint
3 milites. quod cum ab antiquis tacitum praetermissumque sit,
cuius tandem ego rei praeter opinionem, quae sua cuique
4 coniectanti esse potest, auctor sim? simile veri est aut intervallis
bellorum, sicut nunc in dilectibus fit Romanis, alia

2; *nervo,* c. 36, 12. Das Gesetz der Zwölf Tafeln, welches diese harte Behandlung der Schuldner erlaubte, heisst bei Gell. 20, 1, 45: *aeris confessi rebusque iure iudicatis triginta dies iusti sunto. post deinde manus iniectio esto, in ius ducito. ni iudicatum facit aut quis endo (in) eum iure vindicit, secum ducito, vincito aut nervo aut compedibus. quindecim pondo ne minore aut si volet maiore vincito.*

9. *et* „und in der That;" wahrscheinlich war in der Geldnoth nach der Zerstörung der Stadt das den Wucher beschränkende Gesetz der Zwölf Tafeln: *ne quis unciario fenore amplius exerceret,* Tac. Ann. 6, 16 aufgehoben, oder wurde umgangen. s. 7, 16, 1; Nieb. 1, 390.

10. *sed nova* etc., Gegensatz zu *in speciem:* aber in der That. — *creandum. creatus* bezeichnet den Uebergang von dem Wollen, dem Beschluss, zur That. — *Cornelius,* wahrscheinlich der 4, 51 erwähnte. *Quinctius,* § 1.

12—14. Krieg mit den Volskern.

1. *propositam,* in Aussicht gestellt. — *inductum,* die Hdss. haben *induci indictum;* indess eignete sich das streitige Pomptinische Gebiet nicht wol zum Sammelplatze des Heeres (*indictum*).

2. *satietatem* etc., s. c. 10, 8; 21, 2. An sich waren die Kriege sehr wichtig, da die Ueberwindung der Aequer und Volsker Roms Macht begründete, allein sie waren in den Annalen ohne Zusammenhang erzählt, da selbst die ältesten (*propiores,* vergl. 25, 11, 20; 29, 14, 9) über 200 Jahre von diesen Begebenheiten entfernt sind.

3. *tacitum,* Particip. und durch *praetermissum* erklärt. — *coniectanti,* 4, 20, 10. — *auctor s.,* welche Ansicht soll ich aussprechen?

atque alia subole iuniorum ad bella instauranda totiens usos esse; aut non ex isdem semper populis exercitus scriptos, quamquam eadem semper gens bellum intulerit; aut innu- 5 merabilem multitudinem liberorum capitum in eis fuisse locis, quae nunc vix seminario exiguo militum relicto servitia Romana ab solitudine vindicant. ingens certe, quod inter 6 omnes auctores conveniat, quamquam nuper Camilli ductu atque auspicio accisae res erant, Vulscorum exercitus fuit. ad hoc Latini Hernicique accesserant et Cerceiensium quidam et coloni etiam a Velitris Romani. dictator castris eo 7 die positis, postero cum auspicato prodisset hostiaque caesa pacem deum adorasset, laetus ad milites iam arma ad propositum pugnae signum, sicut edictum erat, luce prima capientes processit: „nostra victoria est, milites," inquit, „si 8 quid di vatesve eorum in futurum vident. itaque, ut decet certae spei plenos et cum inparibus manus conserturos, pilis ante pedes positis gladiis tantum dextras armemus. ne pro-

4. *alia a. a.*, immer andere, die in der Zwischenzeit der Kriege herangewachsen waren. — *instauranda*, 24, 42, 6: *gens nata instaurandis — bellis.* — *populis — gentis*, 4, 49, 3: *suae gentis populo;* ib. 56, 5: *utriusque gentis populos;* 7, 26, 15: *cuius populi — cuius gentis;* 45, 22, 8: *reguli principesque gentium aut populorum* u. a. Zur Sache s. 2, 25, 6; 3, 10, 8.

5. *seminario*, eine Pflanzschule für Krieger, wie 42, 61, 5 die Ritter ein *seminarium senatus* heissen. Zu L's Zeit war das Land theils durch hie Bürgerkriege entvölkert, theils waren grosse Strekken (latifundia) im Besitze der Optimaten, welche sie durch Sclaven bebauen liessen, oder an die Veteranen in Militärcolonien vertheilt, nachdem der kräftige Bauernstand unterdrückt oder vernichtet war.

6. *certe* geht auf § 1 zurück: was auch die Ursache sein mag, so viel steht fest. — *conveniat*, 5, 34, 6; Zumpt § 559. — *nuper*, c. 2. — *et — etiam*, 1, 16, 5. — *Cerceiensium*, 1, 56; 2, 39; dass Circei 362 d. St. wieder eine (latinische s. 8, 3) Colonie erhalten habe, meldet Diod. 14, 102. — *a Velitris*, s. 1, 50, 2. Ueber die Stadt s. 2, 31; 34; allein lange war sie wieder im Besitze der Volsker gewesen, und galt, obgleich nach 351 d. St. nach Diod. 14, 34 wieder eine Colonie dahin geführt ist, für eine Volskische Stadt. — *coloni* etc. L. denkt auch hier, s. 3, 4, 4; 6, an den Abfall der Colonisten selbst statt der alten Bewohner, und betrachtet, wie *Romani* zeigt, s. c. 21; 8, 14 *Velitrae* als colonia civium, s. Dion. 7, 13, obgleich der häufige Abfall derselben dieses zweifelhaft macht, s. c. 17, 7.

7. *prodisset*, wie 5, 21, 1: *egressus.* — *propositum s.*, das Vexillum auf dem Feldherrnzelte.

8. *vatesve*, verbessernd, da die Kenntniss der Götter nicht in Zweifel zu ziehen war. Die *vates* sind in Bezug auf *hostia caesa* Haruspices, in Bezug auf § 9: *secundis avibus* Augurn. — *pilis*, s. 2, 65, 3; Marquardt 3, 2, 270. — *obni-*

curri quidem ab acie velim, sed obnixos vos stabili gradu
9 impetum hostium excipere. ubi illi vana iniecerint missilia, et effusi stantibus vobis se intulerint, tum micent gladii, et veniat in mentem uni cuique deos esse qui Romanum adiuvent, deos qui secundis avibus in proelium miserint.
10 tu, T. Quincti, equitem intentus ad primum initium moti certaminis teneas: ubi haerere iam aciem conlato pede videris, tum terrorem equestrem occupatis alio pavore infer, in-
11 vectusque ordines pugnantium dissipa." sic eques, sic pedes, ut praeceperat, pugnant; nec dux legiones nec fortuna fe-
13 fellit ducem. Multitudo hostium, nulli rei praeterquam numero freta et oculis utramque metiens aciem, temere proe-
2 lium iniit, temere omisit: clamore tantum missilibusque telis et primo pugnae impetu ferox gladios et conlatum pedem et vultum hostis ardore animi micantem ferre non potuit.
3 inpulsa frons prima et trepidatio subsidiis inlata. et suum terrorem intulit eques; rupti inde multis locis ordines, motaque omnia et fluctuanti similis acies erat. dein, postquam cadentibus primis iam ad se quisque perventuram caedem
4 cernebat, terga vertunt. instare Romanus; et donec armati confertique abibant, peditum labor in persequendo fuit: postquam iactari arma passim fugaque per agros spargi aciem hostium animadversum est, tum equitum turmae emissae dato signo, ne in singulorum morando caede spatium ad evaden-
5 dum interim multitudini darent: satis esse missilibus ac terrore inpediri cursum, obequitandoque agmen teneri, dum ad-
6 sequi pedes et iusta caede conficere hostem posset. fugae sequendique non ante noctem finis fuit. capta quoque ac direpta eodem die castra Vulscorum, praedaque omnis prae-
7 ter libera corpora militi concessa est. pars maxima capti-

xos, 8, 38, 11: *in suo quisquis gradu obnixi.*

9. *vobis*, daraus ist zu *iniecerint* der entsprechende Casus zu nehmen. — *effusi*, sie halten bei dem heftigen Angriffe nicht Reih und Glied.

10. *teneas*, die Reiterei, die sonst wol den Kampf beginnt, soll bei dem ersten Angriffe auf der Stelle bleiben.

13. 1. *nulli rei*, 4, 37, 6. — *praeterquam*, 4, 17, 6.

2. *conlatum ped.*, wie c. 12, 10. Virg. Aen. 10, 461: *haeret pede pes densusque viro vir.* — *ardore a. m.*, 7, 33, 17.

3. *frons prima*, die erste Schlachtreihe, die antesignani, s. 8, 8, 6. — *subsidiis*, c. 8, 4. — *fluctuanti*, wie 3, 60, 10: *fluctuantem turbam*, im Gegensatze zu dem Kampfe in geschlossenen Gliedern; vgl. 4, 37, 11.

4. *equitum t. e.*, da schon § 3 ein Angriff derselben erwähnt ist, müssten sie sich wieder gesammelt haben. — *dato si.*, 5, 36, 7.

vorum ex Latinis atque Hernicis fuit, nec hominum de plebe, ut credi posset mercede militasse, sed principes quidam iuventutis inventi, manifesta fides publica ope Vulscos hostes adiutos. Cerceiensium quoque quidam cogniti et coloni a 8 Velitris; Romamque omnes missi percunctantibus primoribus patrum eadem quae dictatori, defectionem sui quisque populi, haud perplexe indicavere.

Dictator exercitum in stativis tenebat minime dubius **14** bellum cum iis populis patres iussuros, cum maior domi exorta moles coegit acciri Romam eum gliscente in dies seditione, quam solito magis metuendam auctor faciebat. non 2 enim iam orationes modo M. Manli sed facta, popularia in speciem, tumultuosa eadem, qua mente fierent intuenda erant. centurionem, nobilem militaribus factis, iudicatum pecuniae 3 cum duci vidisset, medio foro cum caterva sua accurrit et manum iniecit; vociferatusque de superbia patrum ac crude-

7. *de plebe*, 2, 36, 1. — *principes iuv.*, 2, 20, 10. — *manifesta f.*, ein offenbarer Beweis, der zu der Ueberzeugung führte, gehört als Apposit. zu dem ganzen Satze, und steht dessen Construct. folgend im Nominativ, 4, 17, 4. Der acc. c. inf. wie c. 9, 9 von einem Substantiv abhängig.

8. *percunctantibus*, vgl. 30, 22, 5: *cum more tradito patribus potestatem interrogandi, si quis quid vellet, praetor fecisset.* — *perplexe*, 30, 42, 6: *Macedones cum perplexe responderent.* Die Strafe der Abgefallenen, die nach L. Römer waren, ist nicht erwähnt, oder die Sache hat sich anders verhalten. — *populi*, auch die Colonien sind gemeint, Servius: (*colonia*) *est pars civium aut sociorum missa, ubi rem publicam habeant;* Marquardt 3, 1, 15 f. Der Abfall selbst erfolgt erst später, c. 21, 2.

14. 1. *patres iuss.*, vgl. c. 21, 3. — *moles*, 1, 9, 5. — *solito*, wenn Tribunen Aufstände erregten, c. 28, 6.

2. *iam* in Bezug auf c. 10. — *qua mente fier.* ist der Gegensatz zu *in speciem:* zwar dem Scheine nach nur volksfreundlich, aber nach der Gesinnung, in der sie geschahen, aufrührerisch, s. § 5: *palam;* § 9: *commotior.* — *qua* = *qua quidem*, wie c. 12, 6: *quod — conveniat;* 5, 34, 6; vgl. 3, 40, 7: *sententia asperior in speciem vim maiorem — habuit;* ib. 9, 13: *in speciem — re ipsa* u. a. Uebrigens bezieht sich *popularia* und *tumultuosa* sowol auf *orationes* als auf *facta,* diese werden § 3—11, weiterhin die ersteren dargestellt.

3. *centurionem*, vgl. 2, 23. — *iudicatum*, er wurde nicht unmittelbar, in Folge eines *nexum* abgeführt, 2, 23, 1, sondern war durch einen richterlichen Spruch verurtheilt eine Geldsumme zu bezahlen, und wurde, da er dieses in der gesetzlichen Frist nicht bewirkt hat, und von dem Magistrate in Folge des c. 11, 8 erwähnten Gesetzes dem Gläubiger zugesprochen war, jetzt von diesem in Gewahrsam gebracht, § 4: *in servitutem duci.* — *pecuniae*, 23, 14, 3: *quique iudicati pecuniae in vinculis essent,* 26, 3, 8. — *manum ini.*, um ihn zu vindiciren; denn der *iudicatus* war in das

litate feneratorum et miseriis plebis, virtutibus eius viri for-
4 tunaque, „tum vero ego“ inquit „nequiquam hac dextra Capitolium arcemque servaverim, si civem commilitonemque meum, tamquam Gallis victoribus captum, in servitutem ac
5 vincula duci videam.“ inde rem creditori palam populo solvit, libraque et aere liberatum emittit, deos atque homines obtestantem, ut M. Manlio liberatori suo, parenti plebis
6 Romanae, gratiam referant. acceptus extemplo in tumultuosam turbam et ipse tumultum augebat, cicatrices acceptas
7 Veienti Gallico aliisque deinceps bellis ostentans: se militantem, se restituentem eversos penates, multiplici iam sorte exsoluta, mergentibus semper sortem usuris, obrutum fenore
8 esse; videre lucem forum civium ora M. Manli opera; omnia parentium beneficia ab illo se habere; illi devovere corporis vitaeque ac sanguinis quod supersit: quodcumque sibi cum patria, penatibus publicis ac privatis, iuris fuerit, id cum
9 uno homine esse. his vocibus instincta plebes cum iam unius hominis esset, addita alia commotioris ad omnia tur-

dominium des Gläubigers gekommen, und konnte nur durch einen Bürgen, der als vindex für ihn auftrat und zahlte, aus der Haft befreit werden, Keller der röm. Civilprocess S. 81. — *feneratorum*, hier von den patres geschieden, s. c. 36, 12; Nieb. 1, 391 f.

4. *servaverim,* den künftigen Erfolg bezeichnend, vertritt das fut. exact., s. 22, 14, 10: *servaverint.*

5. *rem*, die Schuld. — *palam* vertritt die Stelle einer Präposit., wie bei Dichtern bisweilen. Der Gedanke ist hinzugefügt um auf die Absichten des Manlius hinzuweisen, obgleich solche Geschäfte auch sonst öffentlich verhandelt wurden. — *libraque — emittit.* Dadurch dass Manlius für den centurio zahlt, hat er ein gleiches Recht auf ihn erworben wie der erste Gläubiger, er konnte ihn servi loco wegführen; statt dessen giebt er ihn schenkungsweise *per aes et libram* frei. Nach Anderen ist *libraque — liberatum* die Befreiung aus der Hand des ersten Gläubigers; *emittit*, die Befreiung durch Manlius. — *que* an *libra* verbindet den 2. Satz als Folge mit dem ersten.

7. *eversos p.*, seine, wol im Gallischen Kriege, zerstörte Wohnung. — *multiplici* etc., er habe das Kapital (*sorte*) schon vielfach zurückgezahlt, indem die Zinsen (*usurae*) das also mehrere Jahre bereits geliehene Kapital wie anschwellende Wogen bedeckt hätten (*mergentibus*), so dass er an die Bezahlung desselben nicht habe denken können, vgl. 2, 23: *cumulatum usuris;* Marquardt 3, 2, 129; so sei er durch die Wucherzinsen (*fenore*) zu Grunde gegangen. In *obrutum* ist dasselbe Bild wie in *mergentibus* festgehalten, s. c. 17, 2; 2, 29, 8.

8. *quodcumque* etc., s. 5, 42, 1: jede rechtliche Verbindung, jede Verpflichtung, die Pietät, die ihn an das Vaterland, an die Schutzgötter des Staates und seines Hauses, 3, 17, 11; 5, 52, 3, geknüpft habe, verbinde ihn jetzt mit Manlius.

9. *unius h. e.*, 3, 36, 7. — *commotioris* etc., *commotus* ist der,

banda consilii res. fundum in Veienti, caput patrimonii, 10 subiecit praeconi: „ne quem vestrum“ inquit, „Quirites, donec quidquam in re mea supererit, iudicatum addictumve duci patiar.“ id vero ita accendit animos, ut per omne fas ac nefas secuturi vindicem libertatis viderentur. ad hoc domi 11 contionantis in modum sermones pleni criminum in patres; inter quos cum omisso discrimine, vera an vana iaceret, thesauros Gallici auri occultari a patribus iecit; nec iam possidendis publicis agris contentos esse, nisi pecuniam quoque publicam avertant: ea res si palam fiat, exsolvi plebem aere alieno posse. quae ubi obiecta spes est, enimvero indignum 12 facinus videri: cum conferendum ad redimendam civitatem a Gallis aurum fuerit, tributo conlationem factam, idem au-

welcher in den Zustand der Aufregung, Unruhe, versetzt ist und darin verharrt, so dass es sich wie *consideratus*, *copulatus* u. a. der activen Bedeutung nähert;. also ein Unternehmen, das aus einer aufgeregteren Stimmung hervorgieng; noch stürmischer, und somit geeigneter war Alles zu verwirren als das § 5 Erzählte. — *ad omnia turb.* kann nach der Wortstellung nur zu *commotioris* gehören. — *res* ist Umschreibung.

10. *praeconi*, er liess es öffentlich zum Verkaufe ausbieten und verkaufen, wie § 5: *palam.* — *ne quem*, von einem aus dem Zusammenhange sich ergebenden Begriffe: ich thue es, oder: ich will verhüten, abhängig, vgl. 3, 53, 4. — *addictumve;* da der *iudicatus* erst 30 Tage nach dem gefällten Richterspruch, s. c. 11, 8, wenn er nicht zahlt oder Sicherheit stellt, vor den Magistrat geführt und von diesem (wenigstens nach dem späteren in dem Zwölftafelgesetze eigentlich nicht vorgeschriebenen Verfahren) dem Gläubiger zugesprochen wird (*addicitur*), das *duci* also erst nach der *addictio* erfolgen kann, so ist *ve* hier verbessernd hinzugefügt. Doch heisst es von demselben Verhältnisse c. 15, 9: *iudicatos addictosque;* c. 34, 2: *iudicatos atque ad*, weil beides verbunden sein muss: der iudicatus, welcher addicirt ist. L. spricht in der ganzen Verhandlung nur von *iudicatis* und *addictis*, nicht von *nexis* wie 2, 23 ff., obgleich sich kaum zweifeln lässt, dass viele Schuldner auch jetzt das nexum eingegangen sein werden.

11. *inter q.*, zu diesen gehörte unter andern, s. 7, 25, 10; 22, 57, 6. — *vera an v.* hängt von dem in *omisso disc.* liegenden Begriffe der Unentschiedenheit ab; ohne einen Unterschied zu machen, ob, s. 2, 54, 7; ib. 40, 13: *iaceret* von *cum.* Ueber die Wiederholung *iaceret — iecit* s. 1, 53, 4. — *possidendis — contentos* weicht von dem gewöhnlichen Gebrauche des abl. gerund. ab, vgl. 23, 28, 11. — *publicis* ist hinzugefügt um den Gegensatz in der chiastischen Stellung andeuten zu können, s. c. 35, 4. — *exsolvi* etc., er weist also darauf hin, dass das Geld vertheilt oder unmittelbar zur Schuldentilgung verwendet werden soll, c. 15, 5.

12. *tributo* etc. Die beiden Sätze sind asyndetisch nebeneinander gestellt, obgleich der erste *conlat.— factam* dem zweiten *idem aurum* etc. logisch untergeordnet sein sollte: während nämlich, als das

rum ex hostibus captum in paucorum praedam cessisse. 13 itaque exsequebantur quaerendo, ubi tantae rei furtum occultaretur; differentique et tempore suo se indicaturum dicenti ceteris omissis eo versae erant omnium curae, apparebatque nec veri indicii gratiam mediam nec falsi offensionem fore.

15 Ita suspensis rebus dictator accitus ab exercitu in urbem venit. postero die senatu habito cum satis periclitatus voluntates hominum discedere senatum ab se vetuisset, stipatus ea multitudine, sella in comitio posita viatorem ad M. Man- 2 lium misit; qui dictatoris iussu vocatus, cum signum suis dedisset adesse certamen, agmine ingenti ad tribunal venit. 3 hinc senatus, hinc plebs, suum quisque intuentes ducem, 4 velut in acie constiterant. tum dictator silentio facto „utinam“ inquit „mihi patribusque Romanis ita de ceteris rebus cum plebe conveniat, quem ad modum quod ad te attinet eamque rem, quam de te sum quaesiturus, conventurum sa- 5 tis confido. spem factam a te civitati video fide incolumi ex thesauris Gallicis, quos primores patrum occultent, creditum solvi posse. cui ego rei tantum abest ut impedimento sim, ut contra te, M. Manli, adhorter, liberes fenore plebem Romanam, et istos incubantes publicis thesauris ex praeda 6 clandestina evolvas. quod nisi facis, sive ut et ipse in parte

Geld habe geschafft werden müssen, eine Steuer ausgeschrieben worden sei, sei dieses Geld u. s. w. — *tributo conl.*, dass dieses geschehen sei, hat L. nicht erwähnt; aber wenn nach 5, 50, 6 u. 7 das Geld wenigstens nicht vollständig in der Staatskasse vorhanden war, und das den Galliern abgenommene den Göttern geweiht sein soll, so konnte es nur durch ein tributum aufgebracht werden. — *paucorum*, c. 15, 5; da die Steuer von Allen, s. 4, 60, 4, hatte geleistet werden müssen. — *in—praedam c.*, als Beute anheim gefallen, 36, 17, 13: *ea in praemium cessura;* vgl. 43, 19, 12.

13. *exsequebantur*, 3, 20, 2. — *differenti*, 1, 54, 6; ib. 48, 6: *flectenti; differre* ist absolut gebraucht, wie 24, 39, 3. — *mediam*, 5, 37, 3, gehört zu *gratia* und *offensio*.

15. 1. *periclitatus* soll die Vorsicht, nicht die Furcht des Dictators bezeichnen. — *vetuisset*, ein ähnliches Verfahren ist 5, 50, 8 erwähnt. Ueber das Gericht des Dictators 4, 14.

2. *agmine*, Freunde und Anhänger, die ihm im Gerichte beistehen wollen, vgl. 3, 44; 5, 30, 4.

4. *patribus R.*, 1, 18, 5. — *quaesiturus*, als Richter.

5. *fide inc.*, der Gegensatz ist c. 34, 1 und c. 11, 8: *fidem moliri.* — *creditum*, c. 14, 11. — *ut contra*, Zumpt § 779. — *fenore*, § 8: *feneratorum;* c. 14, 7.

6. *sive ut* etc., um, wenn es zur Theilung unter die primores kommt, denn jetzt ist die gesammte Summe noch vereinigt (*publicis thesauris*),

praedae sis, sive quia vanum indicium est, in vincla te duci iubebo, nec diutius patiar a te multitudinem fallaci spe concitari." ad ea Manlius nec se fefellisse ait, non adversus 7 Vulscos, totiens hostes quotiens patribus expediat, nec adversus Latinos Hernicosque, quos falsis criminibus in arma agant, sed adversus se ac plebem Romanam dictatorem creatum esse, iam omisso bello, quod simulatum sit, in se im- 8 petum fieri; iam dictatorem profiteri patrocinium feneratorum adversus plebem; iam sibi ex favore multitudinis crimen et perniciem quaeri. „offendit" inquit „te, A. Corneli, vosque, 9 patres conscripti, circumfusa turba lateri meo — „quin eam diducitis a me singuli vestris beneficiis, intercedendo, eximendo de nervo cives vestros, prohibendo iudicatos addictosque duci, ex eo quod affluit opibus vestris sustinendo necessitates aliorum? sed quid ego vos, de vestro inpendatis, 10 hortor? sortem aliquam ferte, de capite deducite quod usuris pernumeratum est: iam nihilo mea turba quam ullius conspectior erit. at enim quid ita solus ego civium curam 11 ago? nihilo magis quod respondeam habeo, quam si quaeras, quid ita solus Capitolium arcemque servaverim. et tum universis quam potui opem tuli, et nunc singulis feram. nam 12

seinen Antheil zu erhalten. — *in vincla*, s. 3, 56, 4.

7. *nec se* etc., auch ihm sei nicht entgangen was die Senatoren und der Dictator wüssten. — *totiens h.*, 1, 39, 3. — *falsis crim.*, da sie nicht *publico consilio* abgefallen waren. Indess ist den Latinern der Krieg noch nicht angekündigt.

8. *feneratorum*, s. § 5; c. 14, 3; weil der Dictator das von Manl. vorgeschlagene Mittel der Schuldentilgung in Abrede stellt. — *perniciem*, Verurtheilung und Hinrichtung als Hochverräther (*crimen*).

9. *lateri*, c. 10, 8. — *intercedendo*, durch Bürgschaftleisten; *eximendo*, durch Zahlung der Schulden für bereits Verhaftete; *prohibendo* etc., indem sie, ehe dieselben abgeführt werden, ihre Schulden zahlen; sowol das *eximere* als *prohibere* konnten sie bewirken, wenn sie als *vindices* auftraten, c. 14, 3. — *eo quod a.*, „von euerem Ueberflusse," bildet den Uebergang zum Folgenden.

10. *sortem al. f.* Der Sinn der Stelle ist aus dem Zusammenhange klar: „sind mit einem mässigen Kapitale zufrieden," aber die Bedeutung der einzelnen Worte ist unsicher. — *aliquam*, mit irgend einem, d. h. das nicht in das Unendliche durch die hinzugeschlagenen Zinsen, s. c. 14, 7, gesteigert wird. Huschke das Nexum S. 126 vermuthet *at aequam*. — *ferte*, nehmt an, seid zufrieden. Andere erklären: bietet an. — *de capite* etc., ziehet von dem Stammkapitale ab u. s. w. Dem Vorschlage, welcher später ausgeführt wird, s. c. 35, liegt die Ansicht zu Grunde, dass in den Zinsen ein Theil des Kapitals zurückgezahlt werde, und es wird durch denselben das unbestimmte *aliquam* näher bezeichnet.

12. *nam* etc.: so wenig ich die

quod ad thesauros Gallicos attinet, rem suapte natura facilem difficilem interrogatio facit. cur enim quaeritis, quod scitis? cur; quod in sinu vestro est, excuti iubetis potius 13 quam ponatis, nisi aliqua fraus subest? quo magis argui praestigias iubetis vestras, eo plus vereor, ne abstuleritis observantibus etiam oculos. itaque non ego vobis ut indicem praedas vestras, sed vos id cogendi estis, ut in medium pro- **16** feratis." Cum mittere ambages dictator iuberet, et aut peragere verum indicium cogeret, aut fateri facinus insimulati falso crimine senatus oblataeque vani furti invidiae, negantem arbitrio inimicorum se locuturum in vincla duci iussit. 2 arreptus a viatore „Iuppiter" inquit „optime maxime Iunoque regina ac Minerva ceterique dii deaeque, qui Capitolium arcemque incolitis, sicine vestrum militem ac praesidem sinitis vexari ab inimicis? haec dextra, qua Gallos fudi a de- 3 lubris vestris, iam in vinclis et catenis erit?" Nullius nec oculi nec aures indignitatem ferebant, sed invicta sibi quae-

vorhergehende Frage: *quid ita* etc. beantworten kann, eben so wenig die nach dem Gallischen Golde, denn u. s. w. Durch eine geschickte Wendung sucht er sich dem Vorwurfe, dass er eine falsche Anzeige gemacht habe und der Nothwendigkeit den Beweis zu führen zu entziehen. — *in sinu,* man trug das Geld in einer Bausche (*sinus*), den die Toga, in der späteren Zeit wenigstens, s. Becker Gallus 2. Ausg. 2, 112 ff., bildete; wurde der Zipfel, durch den dieselbe entstand, weggezogen, so musste das Geld herausfallen. — *ponatis,* freiwillig, nachher: *in medium proferatis.* Ueber *quam — ut* s. 2, 15, 2.

13. *praestigias,* sowol hierbei als bei *ne abstuler. ob.* etc. ist an Gaukler und Taschenspieler zu denken, welche die Zuschauer ungeachtet aller Aufmerksamkeit täuschen. — *praedas v.,* die Weihung des Goldes, 5, 50, 6, war nur nach einem Senatsbeschlusse durch diese Priester vollzogen; die Heimlichkeit, und der Umstand, dass die nicht in die religiösen Ansichten der Patrier Eingeweihten die Nothwendigkeit der Zurücklegung nicht anerkannten, konnte die Sache verdächtig machen.

16. 1. *peragere v. i.,* die Anzeige vollständig darlegen und sie so als wahr erweisen, 1, 24, 9; ib. 32, 7; 3, 47, 4. — *insimulati f. c. sen.,* also *calumnia,* 3, 24, 3. — *crimen* = *criminatio.* — *oblataeque,* 1, 51, 2. — *arbitrio* etc., er will das ausserordentliche Gericht des Dictators, s. 4, 14, nicht anerkennen. Sowol aus diesem Grunde als wegen der calumnia wird die c. 15, 6 anders motivirte Drohung ausgeführt. Das Aeusserste zu verfügen wie bei Maelius, scheint der Dictator nicht gewagt zu haben.

2. *Iuno reg.,* die auf dem Capitole verehrte, 3, 17. — *praesidem,* 3, 7, 1; 26, 41, 18: *dii immortales, imperii Romani praesides.* — *in cat.,* 3, 58, 2.

3. *invicta,* wie 2, 1, 4: *inviolata,* vgl. 8, 34, 2: *dictatoris edictum pro numine semper obser-*

dam patientissima iusti imperii civitas fecerat, nec adversus dictatoriam vim aut tribuni plebis aut ipsa plebs attollere oculos aut hiscere audebant. coniecto in carcerem Manlio 4 satis constat magnam partem plebis vestem mutasse, multos mortales capillum ac barbam promisisse, obversatamque vestibulo carceris maestam turbam. dictator de Vulscis trium- 5 phavit, invidiaeque magis triumphus quam gloriae fuit: quippe domi non militiae partum eum, actumque de cive non de hoste fremebant; unum defuisse tantum superbiae, quod non M. Manlius ante currum sit ductus. iamque haud procul se- 6 ditione res erat. cuius leniendae causa postulante nullo largitor voluntarius repente senatus factus Satricum coloniam duo milia civium Romanorum deduci iussit. bina iugera et semisses agri adsignati. quod cum et parvum et paucis da- 7 tum et mercedem esse prodendi M. Manli interpretarentur, remedio inritatur seditio. et iam magis insignis et sordibus 8 et facie reorum turba Manliana erat, amotusque post triumphum abdicatione dictaturae terror et linguam et animos liberaverat hominum. Audiebantur itaque propalam voces **17** exprobrantium multitudini, quod defensores suos semper in praecipitem locum favore tollat, deinde in ipso discrimine periculi destituat. sic Sp. Cassium in agros plebem vocan- 2 tem, sic Sp. Maelium ab ore civium famem suis inpensis

vatum. — *patientissima i. i.* enthält sowol das Urtheil L's über das Verfahren des Dictators, als den Grund, warum das Volk ungeachtet seiner Uebermacht die gesetzlichen Schranken nicht überschreitet; s. jedoch c. 38, 9. — *attollere* etc., nachgebildet von Curtius 6, 36, 32: *Philotas — non attollere oculos non hiscere audebat.* Ueber die Sache s. Becker 2, 2, 171.

4. *vestem mut.*, wie für einen Verwandten, Vater, s. c. 14, 5; Cic. Sest. 11 f. — *capillum* etc., s. 5, 41, 9; obgleich Bart und Haar nicht wie später abrasirt wurde, konnte man sie doch schon damals bei gewissen Veranlassungen länger als gewöhnlich wachsen lassen.

5. *unum tantum*, s. 3, 56, 4; 21, 50, 5.

6. *largitor*, c. 2, 12. — *voluntarius*, ohne von den Tribunen gedrängt zu sein. — *Satricum*, welches ein Jahr vorher, c. 8, erobert war. Nach Velleius 1, 14 wäre damals die Colon. Sutrium gegründet worden, welche L. übergangen hat. — *civium Rom.*, also nicht mit den Latinern gemeinschaftlich. Sowol die Zahl der Colonisten als das bedeutende Ackermass soll die Partei des Manlius schwächen.

7. *parvum*, vgl. 5, 24, 5. Man hatte eine umfassendere Vertheilung erwartet; nach Appian. Ital. 9 hatte Man. selbst darauf angetragen Staatsland zu verkaufen um die Schulden zu tilgen.

17. 1. *exprobrantium*, s. 5, 21, 11.

2. *Cassium*, 2, 41. — *vocantem* als conatus zu nehmen. — *Maelium*, 4, 13 f. — *partem*, es ist

propulsantem oppressos, sic M. Manlium mersam et obrutam fenore partem civitatis in libertatem ac lucem extrahentem 3 proditum inimicis. saginare plebem populares suos, ut iugulentur. hocine patiendum fuisse, si ad nutum dictatoris non responderit vir consularis? fingerent mentitum ante, atque ideo non habuisse quod tum responderet: cui servo 4 umquam mendacii poenam vincula fuisse? non obversatam esse memoriam noctis illius, quae paene ultima atque aeterna nomini Romano fuerit? non speciem agminis Gallorum per Tarpeiam rupem scandentis? non ipsius M. Manli, qualem eum armatum plenum sudoris ac sanguinis ipso paene Iove 5 erepto ex hostium manibus vidissent? selibrisne farris gratiam servatori patriae relatam? et quem prope caelestem, cognomine certe Capitolino Iovi parem fecerint, eum pati vinctum in carcere, in tenebris obnoxiam carnificis arbitrio ducere animam? adeo in uno omnibus satis auxilii fuisse, 6 nullam opem in tam multis uni esse? Iam ne nocte quidem turba ex eo loco dilabebatur, refracturosque carcerem minabantur, cum remisso, id quod erepturi erant, ex senatus consulto Manlius vinclis liberatur. quo facto non seditio finita sed dux seditioni datus est.

7 Per eosdem dies Latinis et Hernicis simul colonis Circeiensibus et a Velitris, purgantibus se Vulsci crimine belli captivosque repetentibus, ut suis legibus in eos animadver-

immer nur die Plebs, welche als verschuldet erscheint.

3. *saginare*, von Thieren und Gladiatoren entlehnt, s. Cic. Sest. 36, 78. Aristoph. Eq. 1132: *κλέπτοντά τε βούλομαι τρέφειν, ἕνα προστάτην· τοῦτον δ' ὅταν ᾖ πλέως, ἄρας ἐπάταξα.* — *populares suos*, Duker hält *suos*, da hier nur Freunde und Führer der Plebs gemeint sind, mit Recht für unpassend. — *hocine*, ob man sich die Gefangennehmung eines so angesehenen Mannes ohne richterliches Urtheil gefallen lassen dürfe.

4. *per Tarpeiam*, 5, 47. — *sanguinis* und *vidissent* rhetorische Uebertreibungen, 5, 47, 5.

5. *selibrisne*, 5, 48. — *cognomine*, 5, 31. — *Capitolino*, absichtlich vorangestellt, 1, 12, 6.

6. *refracturosque*, wie oft ist bei dem inf. fut. *se* und *esse* weggelassen? — *id* sollte genau genommen *eo* heissen, ist aber von *quod*, mit dem verbunden es eine erläuternde Parenthese bildet, angezogen, vgl. 21, 10, 9: *et, id de quo ambigebatur, — dedit.* — *ex sen.*, der Senat tritt als richterliche Behörde ein, und hebt die Anordnung des Dictators auf, vgl. 34, 44, 7; 39, 14, 5.

7. *simul*, „zugleich mit,“ nähert sich dem Gebrauche als Präposit., wie es bei Dichtern und Tacitus sich findet. — *crimine*, c. 13, 7. — *repetentibus* etc. Wenn Privatleute sich gegen einen verbündeten Staat vergangen hatten, so konnte der, welchem sie angehörten, die Auslieferung derselben fordern, um

terent, tristia responsa reddita; tristiora colonis, quod cives Romani patriae oppugnandae nefanda consilia inissent. non 8 negatum itaque tantum de captivis, sed, in quo ab sociis tamen temperaverant, denuntiatum senatus verbis, facesserent propere ex urbe ab ore atque oculis populi Romani, ne nihil eos legationis ius, externo non civi comparatum, tegeret.

Recrudescente Manliana seditione sub exitu anni comitia **18** habita, creatique tribuni militum consulari potestate Servius Cornelius Maluginensis iterum P. Valerius Potitus iterum M. Furius Camillus quintum Servius Sulpicius Rufus iterum C. Papirius Crassus T. Quinctius Cincinnatus iterum. cuius 2 principio anni et patribus et plebi peropportune externa pax data: plebi, quod non avocata dilectu spem cepit, dum tam potentem haberet ducem, fenoris expugnandi; patribus, ne quo externo terrore avocarentur animi ab sanandis domesticis malis. igitur cum pars utraque acrior aliquanto coorta 3 esset, iam in propinquum certamen aderat et Manlius. advo-

sie nach seinen Gesetzen zu bestrafen. Indem der Senat die Auslieferung verweigert um selbst zu strafen, s. 1, 14, 1; ib. 30; 5, 36, scheint er von der Ansicht auszugehen, dass die Staaten selbst den Bund verletzt haben, c. 10, 7. Nicht klar ist es jedoch, wie die Colonien, welche L., wie aus: *quod cives Romani* und *externo non civi* hervorgeht, als römische betrachtet, diese Forderung haben stellen können, da sie als röm. Bürger in Rom und nach röm. Gesetzen hätten gerichtet werden müssen. Selbst wenn ursprünglich die alten Einwohner, als cives sine suffragio, s. 3, 4, 4, gemeint waren, würde der Ausdruck, da diese keine besonderen Gesetze, sondern die der röm. Colonisten hatten, s. Marquardt 3, 1, 16 f., nicht genau sein. L. hat daher entweder *suis legibus*, was nur auf Latiner und Herniker sich bezog, auch auf die Colonisten übergetragen; oder die Colonien waren latinische, s. c. 12, 6, und standen in gleichem Verhältnisse zu Rom, wie die übrigen latin. Städte, was auch aus c. 21, 7: *ne — piacula irae Romanorum dederentur* hervorgeht, vgl. 8, 14, 7.

8. *ne nihil*, es sei zu fürchten, dass nicht, oder: sie möchten sich hüten die Erfahrung zu machen, dass nicht; vgl. Hom. Il. 1, 28: μή νύ τοι οὐ χραίσμῃ σκῆπτρον. Warum die strafbaren Bürger nicht zurückbehalten werden, geht aus der Darstellung nicht hervor, s. 3, 4, 5.

18—20. Anklage und Verurtheilung des M. Manlius.

1. *Recrudescente* etc. geht auf c. 17, 6 zurück, und wird § 2 weiter ausgeführt. Das Wort wird von wieder aufbrechenden Wunden gebraucht. — *Servius — Camillus*, c. 6, 3. *Sulpicius; Quinctius*, c. 4. Die Bemerkung, dass sie *ex patribus* gewählt seien setzt Anstrengungen der Plebejer zur Wahl zugelassen zu werden voraus.

3. *acrior*, 4, 9, 8. — *in prop. cert.*, um den Streit zu beginnen oder anzufachen, c. 19, 5. Andere ziehen *et Manlius* zum folgenden Satze und lesen *iam in prop.* oder *iam prop.* Die Situation wäre wie 2, 55, 8; ib. 29, 1; aber dann

cata domum plebe cum principibus novandarum rerum interdiu noctuque consilia agitat, plenior aliquanto animorum 4 irarumque quam antea fuerat. iram accenderat ignominia recens in animo ad contumeliam inexperto; spiritus dabat, quod nec ausus esset idem in se dictator, quod in Spurio Maelio Cincinnatus Quinctius fecisset, et vinculorum suorum invidiam non dictator modo abdicando dictaturam fugisset, 5 sed ne senatus quidem sustinere potuisset. his simul inflatus exacerbatusque iam per se accensos incitabat plebis animos: „quo usque tandem ignorabitis vires vestras, quas natura ne beluas quidem ignorare voluit? numerate saltem, 6 quot ipsi sitis, quot adversarios habeatis. si singuli singulos adgressuri essetis, tamen acrius crederem vos pro libertate quam illos pro dominatione certaturos. quot enim clientes circa singulos fuistis patronos, tot nunc adversus unum 7 hostem eritis. ostendite modo bellum: pacem habebitis. videant vos paratos ad vim: ius ipsi remittent. audendum est aliquid universis, aut omnia singulis patienda. quo usque 8 me circumspectabitis? ego quidem nulli vestrum deero: ne fortuna mea desit, videte. ipse vindex vester, ubi visum ini-

würde *prope aderat* oder nur *aderat* gesagt sein. — *advoc. pl.*, um sie durch Contionen aufzuregen, s. § 5; c. 14, 11; dann beginnen § 16, die geheimen Berathungen mit den principes.

4. *iram* wie von *irarum* verschieden? Die Anordnung ist chiastisch; auch § 5 schliesst sich *inflatus* wieder an *spiritus* an, *exacerbatus* an *ira*.

5. *quo usque* etc., schon ihre grosse Zahl muss ihnen den Sieg verschaffen.

6. *si sing.* etc. leitet eine Gradation ein: auch wenn euere Zahl nicht grösser wäre, würdet ihr wegen der Gerechtigkeit euerer Sache siegen, 3, 39, 7. Der Gedanke ist, wie die conditionale Form zeigt, negativ, und aus demselben das Gegentheil zu nehmen: aber das ist nicht nöthig, euere Zahl ist weit grösser, und dieses wird durch *quod enim* etc. begründet, vgl. 4, 2, 4. Zur Sache vgl. Hom. Il. 2, 123. — *clientes*, als ob alle Plebejer im Verhältnisse von Clienten zu den Patriciern ständen, und bei der Begrüssung und Begleitung gesehen hätten, wie gering die Anzahl derselben sei. Nur hier lässt L. die Behauptung ausprechen, dass alle Plebejer Clienten gewesen seien, an anderen Stellen, s. 2, 35, 4; ib. 56. 3; 3, 14 u. a., hat er richtiger die Clienten der alten Zeit von den Plebejern geschieden, s. Becker 2, 1, 162. — *tot*, aber als Feinde.

7. *habebitis*, 5, 51, 5. — *ius*, was sie als Recht in Anspruch nehmen, denn ein wirkliches Recht de. Patricier erkennt Manl. nicht an, — *aut*, „oder auch," fast = sonst stellt das Geringere, Unangenehmr dem Bedeutenderen entgegen.

8. *desit* ohne Object, so dass sowol *mihi* als *vobis* gedacht werden kann. — *nullus* in Bezug auf *nulli:* ich war nicht mehr da, es war aus mit mir, 3, 68, 11. —

micis *est*, nullus repente fui; et vidistis in vincula duci universi eum, qui a singulis vobis vincula depuleram. quid 9 sperem, si plus in me audeant inimici? an exitum Cassi Maelique exspectem? bene facitis quod abominamini: dii prohibebunt haec. sed numquam propter me de caelo descendent. vobis dent mentem oportet, ut prohibeatis, sicut mihi dederunt armato togatoque, ut vos a barbaris hostibus, a superbis defenderem civibus. tam parvus animus tanti 10 populi est, ut semper vobis auxilium adversus inimicos satis sit, nec ullum, nisi quatenus imperari vobis sinatis, certamen adversus patres noritis? nec hoc natura insitum vobis est, sed usu possidemini. cur enim adversus externos tantum 11 animorum geritis, ut imperare illis aequum censeatis? quia consuestis cum eis pro imperio certare, adversus hos temptare magis quam tueri libertatem. tamen, qualescumque duces 12 habuistis, qualescumque ipsi fuistis, omnia adhuc, quantacumque petistis, obtinuistis seu vi seu fortuna vestra. tempus est etiam maiora conari. experimini modo et vestram 13

vidistis, ihr habt unthätig zugesehen, wie u. s. w., s. c. 14, 2. Durch Anapher und Chiasmus sind die Gegensätze gehoben.

9. *dii pr. h.* scheint wegen *haec*, sonst würde es *ista* heissen, zur Erwiederung des Man. zu gehören: die Götter werden dieses allerdings verhüten, aber ihr müsst gleichfalls thätig sein, die dargebotene Gelegenheit benutzen, die blosse abominatio ist ohne Erfolg, vgl. c. 30, 6; 9, 9, 6: *di meliora, inquis: atqui non indignitas vinculum levat;* Einleit. S. 16. — *dent m.*, 3, 7, 1. Der Nachdruck liegt auf *prohibeatis*, und *sed — descendent* ist nur Vorbereitung. — *armato* auf dem Capitole, 5, 47; *togato* auf dem forum c. 14.

10. *tanti* etc. L. denkt an die Grösse des Volkes in der späteren Zeit. Es soll sich nicht mehr mit dem *tribunicium auxilium* begnügen, sondern nach dem *imperium* streben, zu dem es durch seine Macht (*tanti*), seinen Charakter (*nec natura* etc.), seine Erfolge im Kampfe mit äusseren Feinden, § 11, und den Patriciern, § 12, endlich durch das Glück, § 13, berufen ist. — *satis sit*, genüge, Prädicat zu *auxilium* u. *tribunicium*, 1, 16, 8. — *inimicos*, sie heissen § 6: *hostes*. — *nisi quatenus* etc., nur über das Mass der Gewalt, welche die Tribunen in Schranken zu halten bestimmt waren, 2, 33, 1. Die Kämpfe um das Consulat, 4, 1 ff. u. a., sind hierbei nicht beachtet. — *noritis*, das habt ihr nicht versucht, daher § 13: *experimini*. — *usu*, durch lange Gewohnheit.

11. *pro imperio*, wenn sie nur wollten, könnten sie dieses auch im Kampfe mit den Patriciern erlangen. — *temptare*, sie machen nur schwache Versuche, s. 4, 5, 4, sich ihrer Herrschaft zu entziehen und die Freiheit sicher zu stellen (*tueri*).

12. *qualescumque*, untergeordnete, nur Plebejer ohne Macht und Einfluss, vgl. § 2: *tam potentem*. — *omnia*, mit Ausnahme des Consulates.

13. *experimini — expertum*, 5,

felicitatem et me, ut spero, feliciter expertum: minore negotio qui imperet patribus inponetis, quam qui resisterent 14 imperantibus inposuistis. solo aequandae sunt dictaturae consulatusque, ut caput attollere Romana plebes possit. proinde adeste, prohibete ius de pecuniis dici. ego me patronum profiteor plebis, quod mihi cura mea et fides nomen 15 induit: vos si quo insigni magis imperii honorisve nomine vestrum appellabitis ducem, eo utemini potentiore ad obti-16 nenda ea quae vultis." inde de regno agendi ortum initium dicitur, sed nec cum quibus nec quem ad finem consilia pervenerint, satis planum traditur.

19 At in parte altera senatus de secessione in domum privatam plebis, forte etiam in arce positam, et inminenti mole 2 libertatis agitat. magna pars vociferantur Servilio Ahala opus esse, qui non in vincla duci iubendo inritet publicum ho-

54, 6. — *feliciter*, zu euerem Glücke. — *inponetis*, das Object ist aus *patribus* zu nehmen. — *qui imper.*, die höchste Machtvollkommenheit soll von dem Senate und den Patriciern auf die Plebs übergeben, und diese sie ihrem Führer § 15 übertragen. — *qui resist.*, die Tribunen.

14. *dictaturae c.*, als Eigenthum der Patricier und das Mittel derselben die Plebs niederzuhalten. Die spätere Theilnahme der Plebs an diesen Aemtern ist nicht beachtet, weil zu L's Zeit durch die Nobilität die Plebs, an welche er denkt, aus denselben verdrängt war. — *adeste*, an den Gerichtstagen auf dem Comitium; 2, 56, 9. — *prohibete*, die Empörung soll mit dem beginnen, was für die Plebs am drückendsten war. — *patronum* ist durch *cura* und *fides* erklärt, Becker 2, 1, 128.

15. *si quo*, es soll der Plebs überlassen bleiben, ob sie einen andern und welchen Amtsnamen sie ihm geben will, sonst wäre *si* nicht nöthig. Dass dabei an das *regnum* gedacht ist, zeigt das Folgende.

16. *initium or.*, praef. 12. — *pervenerint* kann nur zu *quem ad fin.* gehören; zu *cum quibus* ist was zu wiederholen? — *satis p. t.*, s. c. 20, 4. L. hat also die Annalen nicht gekannt, nach denen Cassius Dio frag. 31 meldet, dass Manlius das Capitolium besetzt habe, obgleich § 3 und c. 19, 1 darauf hindeutet.

19. 1. *secessione,* wie sonst auf den heil. Berg, so jetzt in ein Privathaus, das sich L. sehr umfangreich denkt, 5, 32, 8. — *forte* etc., ein Zusatz L's. Wie gefährlich die Besetzung des Capit. war zeigt 3, 15 ff., vgl. 2, 7. — *mole* — *libertatis* wäre die Wucht, drohende Macht der libertas, indem die Plebs unter einem solchen Führer sich gänzlich von dem imperium der Patricier losreissen, alle Schranken durchbrechen würde, c. 18, 14; vgl. 5, 12, 7. Da jedoch so eben von dem *regnum* die Rede war, und der Senat, s. § 7, dieses fürchtet, so ist vielleicht die frühere, auf Conjectur beruhende Lesart *libertati* vorzuziehen, s. 2, 7: *non obstabunt P. Valerii aedes libertati.*

2. *vociferantur* und § 7: *viderint* wegen der Collectiva. *Servilio,* 4, 13.

stem, sed unius iactura civis finiat intestinum bellum. decurritur ad leniorem verbis sententiam vim tamen eandem 3 habentem, ut videant magistratus, ne quid ex perniciosis consiliis M. Manli res publica detrimenti capiat. tum tri- 4 buni consulari potestate tribunique plebi — nam [et] quia eundem et suae potestatis quem libertatis omnium finem cernebant, patrum auctoritati se dediderant — ii tum omnes quid opus facto sit, consultant. cum praeter vim et caedem 5 nihil cuiquam occurreret, eam autem ingentis dimicationis fore appareret, tum M. Menenius et Q. Publilius tribuni plebis: „quid patrum et plebis certamen facimus, quod civita- 6 tis esse adversus unum pestiferum civem debet? quid cum plebe adgredimur eum, quem per ipsam plebem tutius adgredi est, ut suis ipse oneratus viribus ruat? diem dicere 7 ei nobis in animo est. nihil minus populare quam regnum est. simul multitudo illa non secum certari viderint, et ex advocatis iudices facti erunt, et accusatores de plebe patricium reum intuebuntur et regni crimen in medio; nulli magis quam libertati favebunt suae.“ Adprobantibus cunctis **20** diem Manlio dicunt. quod ubi est factum, primo commota plebs est, utique postquam sordidatum reum viderunt, nec 2 cum eo non modo patrum quemquam sed ne cognatos quidem aut adfines, postremo ne fratres quidem Aulum et Ti-

3. *vim*, 3, 40, 7. — *ut videant* etc., 3, 4, 9.

4. *nam* [*et*], da ein anderer Grund, wie es *et* erwarten lässt, nicht folgt, so ist entweder dieses zu entfernen oder *et hi quia* zu lesen. — *suae* etc., wenn nach dem Plane des Manlius das regnum einträte. — *auctoritati*, 3, 21, 1.

5. *ingentis* etc., der offene Widerstand werde zu den heftigsten Kämpfen führen, s. 4, 13, 4. — *Menenius*, 2, 32, 8.

6. *quod — debet*, in einem iudicium publicum trat das ganze Volk dem Angeklagten als einem Feinde, *perduellis*, entgegen. — *cum pl.*, ihn in Verbindung mit der Plebs.

7. *simul mult.*, 3, 19, 7. — *advocatis*, c. 15, 2. — *accusatores — reum*, das Asyndeton und der Chiasmus deuten den Gegensatz an. — *in medio*, als beiden Ständen drohend, c. 6, 18. — *nulli*, keinem Menschen mehr; selbst dem gefeiertsten Manne werden sie die Freiheit vorziehen. Der substantivische Gebrauch des Dativs von *nullus* ist bei L. und Caesar gewöhnlich; Cicero hat fast immer *nemini*, vgl. 4, 11, 4.

20. 1. *Adprobantibus c.*, unter Zustimmung und im Auftrage des Senates klagen sie Manlius vor den Centuriatcomitien, § 10, der *perduellio*, § 4: *regni crimen*; § 5: *cupiditas regni*, an, s. 26, 3, 9; Cic. Phil. 2, 44, 114; Marquardt 2, 3, 153. — *utique — nec*, beide Sätze enthalten zusammen genommen den Grund des Unwillens: zumal als sie sahen, dass den M., obgleich er selbst in Trauerkleidern war, doch Niemand begleitete.

2. *nec — non modo — quemquam*, 4, 21, 6 — *postremo*, das

tum Manlios; quod ad eum diem numquam usu venisset, ut
3 in tanto discrimine non et proximi vestem mutarent. Ap. Claudio in vincula ducto C. Claudium inimicum Claudiamque omnem gentem sordidatam fuisse. consensu opprimi popularem virum, quod primus a patribus ad plebem defecisset.
4 cum dies venit, quae praeter coetus multitudinis seditiosasque voces et largitionem et fallax indicium pertinentia proprie ad regni crimen ab accusatoribus obiecta sint reo, apud
5 neminem auctorem invenio: nec dubito haud parva fuisse, cum damnandi mora plebi non in causa sed in loco fuerit. illud notandum videtur, ut sciant homines, quae et quanta decora foeda cupiditas regni non ingrata solum sed invisa
6 etiam reddiderit: homines prope quadringentos produxisse dicitur, quibus sine fenore expensas pecunias tulisset, quo-
7 rum bona venire, quos duci addictos prohibuisset; ad haec decora quoque belli non commemorasse tantum sed protulisse etiam conspicienda, spolia hostium caesorum ad triginta, dona imperatorum ad quadraginta, in quibus insignes duas

8. *Iovis imp.* Wenn nach Cic. Verr. 4, 58, 129 eine Statue des Jup. Imp. durch T. Quinctius Flamininus nach Rom gebracht wird, so bezieht sich dieses entweder auf ein anderes Bild, oder es ist *T. Quinctius Flamininus* und *Cincinnatus* verwechselt. Dass L. oder sein Gewährsmann geirrt habe, ist kaum glaublich, da sogleich die Votivtafel erwähnt wird. — *inter cell.*, s. c. 4, 3. An der Vorderseite der die Cellen scheidenden Wände waren Nischen, *aediculae*, in deren einer, rechts von der Celle des Jupiter, das Bild seinen Platz erhielt, s. Becker 1, 399. — *incisa — fuit*, sie hat die Inschrift gehabt, s. 23, 19, 18: *titulus — fuit subiectus*; 7, 3, 3; 38, 56, 3; dagegen wird durch *dedicatum est* nur das Factum angegeben. Schon zu Ciceros Zeit, s. l. l., existirte die Inschrift nicht mehr, da sie wahrscheinlich im Brande des Capitols mit untergegangen war. L.

dederunt, ut T. Quinctius dictator oppida novem caperet."
10 die vicesimo quam creatus erat dictatura se abdicavit.

30 Comitia inde habita tribunorum militum consulari potestate, quibus aequatus patriciorum plebeiorumque numerus.
2 ex patribus creati P. et C. Manlii cum L. Iulio, plebes C.
3 Sextilium M. Albinium L. Antistium dedit. Manliis, quod genere plebeios gratia Iulium anteibant, Vulsci provincia sine sorte, sine comparatione, extra ordinem data; cuius et ipsos
4 postmodo et patres, qui dederant, paenituit. inexplorato pabulatum cohortes misere; quibus velut circumventis, cum id falso nuntiatum esset, dum praesidio ut essent citati feruntur, ne auctore quidem adservato, qui eos hostis Latinus pro milite Romano frustratus erat, ipsi in insidias praecipitavere.
5 ibi dum iniquo loco sola virtute militum restantes caedunt caeduntur que, castra interim Romana iacentia in campo ab
6 altera parte hostes invasere. ab ducibus utrobique proditae temeritate atque inscitia res. quidquid superfuit fortunae populi Romani, id militum etiam sine rectore stabilis virtus
7 tutata est. quae ubi Romam sunt relata, primum dictatorem dici placebat; deinde, postquam quietae res ex Vulscis adferebantur, et apparuit nescire eos victoria et tempore uti,

giebt, wie *ferme* zeigt, nur einen Theil derselben an, einen anderen hat Fest. p. 363: *trientem tertium* (2⅓ Pf.) *pondo coronam auream dedisse se Iovi donum scripsit T. Quinctius dictator, quom per novem dies totidem urbes et decimam Praeneste cepisset.* Die Inschrift war im saturninischen Versmasse abgefasst, nach Ritschl der Anfang folgender:

Diovispiter átque divi — ómnes hóc dedérunt,
Uti Titu' Quinctiús dic - tátor [*in duéllo*],

s. Nieb. R. G. 2, 662.

10. *die vicesimo q.*, Becker 2, 2, 164.

30. Krieg mit den Volskern.

1. *plebeiorum*, seit 359, s. 5. 18, mit Ausnahme vielleicht von Trebonius c. 21 zum ersten Male. — *P. Manlius*, c. 42; 39; *C. Manl.* (*Capitolinus*). *Iulio*, c. 4. Diod. 15, 51 erwähnt 8 Tribunen, mit Einschluss der Censoren, 5, 1, vielleicht der von L. c. 11 erwähnten, obgleich die Namen verschieden sind.

3. *sine sorte*, 3, 2, 2. — *cuius*, 2, 47, 12.

4. *feruntur*, 25, 15, 15: *ubi Romanos fusos ad urbem ferri viderunt.* — *praecipitare*, neutral, vgl. 4, 12, 11.

5. *restantes*, Stand halten vermittelst der Tapferkeit, auf dieselbe gestützt, 4, 58, 4.

6. *utrobique*, in der Schlacht und dem Lager, das sie wol ohne Bedeckung gelassen hatten. — *fortunae* wird am einfachsten als Genitiv genommen: das Wenige, was die Unbesonnenheit und Unwissenheit der Tribunen übrig gelassen hatte, s. 1, 34, 11: *et ipse fortunam — adiuvabat;* 5, 40, 1: *commendantes virtuti eorum urbis — quaecumque reliqua esset fortuna.* Andere nehmen *fortunae* als Dativ.

revocati etiam inde exercitus ac duces; otiumque inde, quantum a Vulscis, fuit: id modo extremo anno tumultuatum, 8 quod Praenestini concitatis Latinorum populis rebellarunt. Eodem anno Setiam ipsis querentibus penuriam hominum 9 novi coloni adscripti. rebusque haud prosperis bello domestica quies, quam tribunorum militum ex plebe gratia maiestasque inter suos obtinuit, solatium fuit.

Insequentis anni principia statim seditione ingenti arsere 31 tribunis militum consulari potestate Sp. Furio Q. Servilio iterum L. Menenio tertium P. Cloelio M. Horatio L. Geganio. erat autem et materia et causa seditionis aes alienum, cuius 2 noscendi gratia Sp. Servilius Priscus Q. Cloelius Siculus censores facti, ne rem agerent, bello inpediti sunt. namque trepidi nuntii primo, fuga deinde ex agris legiones Vulsco- 3 rum ingressas fines popularique passim Romanum agrum attulere. in qua trepidatione tantum afuit ut civilia certamina 4 terror externus cohiberet, ut contra eo violentior potestas tribunicia inpediendo dilectu esset, donec condiciones inpositae patribus, ne quis, quoad bellatum esset, tributum daret, aut ius de pecunia credita diceret. eo laxamento plebi sum- 5 pto mora dilectui non est facta. legionibus novis scriptis

7. *fuit: id m.* Die Lesart ist unsicher, da die Hdss. *fuisset* (Einsiedl. *fuisse*) *id* haben, was nicht richtig sein kann, da die Pränestiner nicht zu den Volskern gehören.

9. *Setiam*, j. Sezza, eine alte Stadt an der Westseite des Volskergebirges, über den Pontinischen Sümpfen, deren Colonisation L. übergangen hat, Vell. 1, 14 in d. J. 373 setzt, Marquardt 3, 1, 32. Sie scheint jetzt römische Colonie gewesen zu sein, später, s. 8, 3, ist sie latinisch. — *novi c. a.*, 2, 21, 7; 31, 49, 6. — *ipsis*, im Gegensatz zur Stadt, 24, 35, 1: *Helorum — dedentibus ipsis recipit;* 31, 16, 5. Zugleich findet eine constr. ad synesin statt.

31. Innere Unruhen; Verwüstung des Volskischen Gebietes.

1. *principia*, die ersten Tage, sind statt *seditio* Subj., um die Zeit zu heben: „gleich in den ersten Tagen brach die Flamme einer heftigen Empörung aus." — *Furio (Medullino); Servilio*, c. 22; *Menenio*, c. 27, statt desselben hat Diod. 15, 57: *C. Licinius (Stolo). Horatio (Pulvillo); Geganio (Malerino).*

2. *noscendi*, c. 27. — *bello*, weil die abwesenden Bürger ihr Vermögen nicht angeben können.

4. *inpediendo dil.* ist Abl., 3, 17, 2: sie traten noch anmassender mit ihrer Einsprache auf. — *quoad b. e.*, bis zu Ende des Krieges; doch ist vielleicht *debellatum* zu lesen. — *tributum d.*, sei es dass die Abgaben vom Staatslande ausreichten, oder kein Sold gezahlt wurde. Das tributum erscheint neben dem Wucher als die wichtigste Ursache der Verschuldung der Plebs. — *ius dic.*, 2, 24, 6; 6, 27, 10. — *laxamento*, c. 32, 1: *intervallo ad respirandum.*

5. *novis*, dieses geschah für jeden Feldzug, und es ist nicht klar,

placuit duos exercitus in agrum Vulscum legionibus divisis duci: Sp. Furius M. Horatius dextrorsus maritimam oram atque Antium, Q. Servilius et L. Geganius laeva ad montes 6 Ecetram pergunt. neutra parte hostis obvius fuit. populatio itaque non illi vagae similis, quam Vulscus latrocinii more, discordiae hostium fretus et virtutem metuens, per trepidationem raptim fecerat, sed ab iusto exercitu iusta ira 7 facta spatio quoque temporis gravior. quippe a Vulscis timentibus, ne interim exercitus ab Roma exiret, incursiones in extrema finium factae erant: Romano contra etiam in hostico morandi causa erat, ut hostem ad certamen eliceret. 8 itaque omnibus passim tectis agrorum vicisque etiam quibusdam exustis, non arbore frugifera, non satis in spem frugum relictis, omni quae extra moenia fuit hominum pecudumque praeda abacta, Romam utrimque exercitus reducti.

32 Parvo intervallo ad respirandum debitoribus dato, postquam quietae res ab hostibus erant, celebrari de integro iuris dictio, et tantum abesse spes veteris levandi fenoris, ut tributo novum fenus contraheretur in murum a censoribus 2 locatum saxo quadrato faciendum. cui succumbere oneri coacta plebes, quia quem dilectum inpedirent non habebant 3 tribuni plebis. tribunos etiam militares patricios omnes co-

warum es hier erwähnt wird. — *maritimam or.* hängt entweder von der in *dextrorsus* liegenden Richtung (*versus*) ab, oder es ist Zeugma und aus *pergunt* etwa *petunt* zu entnehmen, weniger wahrscheinlich ist, dass L. den blossen Accusativ statt *in* mit demselben nach Art der Dichter gebraucht habe. — *Antium,* c. 9. — *discordiae,* 4, 37, 6.

7. *hostico* braucht L. häufiger substantivisch, s. 8, 34, 9; ib. 38, 2 u. a., als mit dem Zusatze von *agro*, 21, 16, 6; 44, 13, 1. — *etiam* gehört zu *causa erat.*

8. *tectis*, einzeln stehende Häuser auf dem Lande. — *satis* = *segetibus*, sonst mehr dichterisch. — *in sp. fr.*, so dass man hätte hoffen können, vgl. 5, 24, 2.

32—33. Die Noth der Plebs. Krieg mit den Volskern und Latinern.

1. *Parvo,* ungeachtet des c. 31, 6 Gesagten war der Feldzug doch nur kurz gewesen. — *celebrari,* es wurden viele Schuldner den Gläubigern zugesprochen. — *spes,* das Subject von *abest* wird gewöhnlicher durch einen Satz mit *ut* umschrieben. — *tributo,* wegen des trib., das vom Senate ausgeschrieben, nur die Plebs drückte, s. 4, 60, 4, da die Tribunen nicht wie 4, 60, 5 u. 5, 12, 7 einschreiten. — *murum,* wol die Stadtmauer, die im Gallischen Kriege zum Theile zerstört sein mochte. — *a censoribus loc.,* s. 4, 22, 7. — *saxo,* 1, 26, 14.

3. *patricios,* das war schon im Jahr vorher geschehen. Nach Diod. 15, 61 war ein Aufstand vor der Wahl gewesen. — *coacta—fecit,* durch den Einfluss der Patricier auf die verschuldete Plebs, s. c. 34.

acta principum opibus fecit, L. Aemilium P. Valerium quartum C. Veturium Ser. Sulpicium L. et C. Quinctios Cincinnatos. isdem opibus obtinuere, ut adversus Latinos Vulscosque, qui coniunctis legionibus ad Satricum castra habebant, nullo inpediente omnibus iunioribus sacramento adactis tres exercitus scriberent, unum ad praesidium urbis, alterum qui, si qui alibi motus extitisset, ad subita belli mitti posset: tertium longe validissimum P. Valerius et L. Aemilius ad Satricum duxere. ubi cum aciem instructam hostium loco aequo invenissent, extemplo pugnatum; et ut nondum satis claram victoriam, sic prosperae spei pugnam imber ingentibus procellis fusus diremit. postero die iterata pugna, et aliquamdiu aequa virtute fortunaque Latinae maxime legiones, longa societate militiam Romanam edoctae, restabant. eques inmissus ordines turbavit, turbatis signa peditum inlata, quantumque Romana se invexit acies, tantum hostes gradu demoti. et ut semel inclinavit pugna, iam intolerabilis Romana vis erat. fusi hostes cum Satricum, quod duo milia inde aberat, non castra peterent, ab equite maxime caesi. castra capta direptaque. ab Satrico nocte, quae proelio proxima fuit, fugae simili agmine petunt Antium; et cum Romanus exercitus prope vestigiis sequeretur, plus tamen timor quam ira celeritatis habuit. prius itaque moenia intravere hostes, quam Romanus extrema agminis carpere aut morari posset. inde aliquot dies vastando agro absumpti, nec Romanis satis instructis apparatu bellico ad moenia adgredienda nec illis ad subeundum pugnae casum. **33** Seditio tum inter Antiates Latinosque coorta, cum Antiates victi ma-

— *Aemilium,* nach L. *quintum,* s. c. 22. *Valerium*, c. 27. *Veturium (Crassum); Sulpicium,* nach den Fasten der c. 34 genannte. *L. Quinctium,* c. 11.

4. *Latinos V.*, die Verbindung beider Völker war jetzt öffentlich, s. c. 7; 21; unter den Latinern sind hier auch die Pränestiner begriffen. Die Grösse der Gefahr hielt wol die Tribunen ab zu intercediren und veranlasste die bedeutende Aushebung (*omnibus iun.*). — *Satricum,* wie c. 22; die Entfernung ist § 9 angegeben.

5. *ad pr. urbis,* vgl. c. 2; 6, 14.

6. *claram*, nicht mehr zu bezweifeln. — *ingentibus proc.,* unter heftigen Stürmen, vgl. c. 8, 7.

7. *edoctae*, 1, 52, 6; 8, 8. — *restabant,* c. 30, 5.

8. *gradu*, 7, 8, 3: *(equites) gradu moverant hostem deinde pepulerunt;* Cornel. 2, 5: *gradu depulsus.*

9. *duo milia,* oft wird *passuum* weggelassen.

11. *carpere,* 3, 5, 1.

33. 1. *seditio*, Uneinigkeit, Trennung. — *nati er.* etc. ist in Bezug auf Antium übertreibend, mit dem der Krieg erst 13 Jahre, s. c. 2, dauert; L. hat an die Volsker überhaupt gedacht.

lis subactique bello, in quo et nati erant et consenuerant, 2 deditionem spectarent, Latinos ex diutina pace nova defectio recentibus adhuc animis ferociores ad perseverandum in bello faceret. finis certaminis fuit, postquam utrisque apparuit nihil per alteros stare, quo minus incepta persequerentur. 3 Latini profecti a societate pacis, ut rebantur, inhonestae sese vindicaverunt, Antiates incommodis arbitris salutarium consiliorum remotis urbem agrosque Romanis dedunt. 4 ira et rabies Latinorum, quia nec Romanos bello laedere nec Vulscos in armis retinere potuerant, eo erupit, ut Satricum urbem, quae receptaculum primum eis adversae pugnae fuerat, igni concremarent; nec aliud tectum eius superfuit urbis, cum faces pariter sacris profanisque inicerent, quam 5 matris Matutae templum. inde eos nec sua religio nec verecundia deum arcuisse dicitur, sed vox horrenda edita templo cum tristibus minis, ni nefandos ignes procul delubris 6 amovissent. incensos ea rabie impetus Tusculum tulit ob iram, quod deserto communi concilio Latinorum non in societatem modo Romanam sed etiam in civitatem se dedissent. 7 patentibus portis cum inproviso incidissent, primo clamore oppidum praeter arcem captum est. in arcem oppidani refugere cum coniugibus ac liberis, nuntiosque Romam, qui certiorem de suo casu senatum facerent, misere. 8 haud segnius quam fide populi Romani dignum fuit exercitus Tusculum ductus. L. Quinctius et Ser. Sulpicius tribuni 9 militum duxere. clausas portas Tusculi Latinosque simul obsidentium atque obsessorum animo hinc moenia Tusculi tueri vident, illinc arcem oppugnare, terrere una ac pavere.

2. *adhuc*, bei L. bisweilen von der Vergangenheit gebraucht, s. 9, 6, 12 u. a. — *diutina*, s. c. 7, 1, es ist wol daran zu denken, dass sie den Römern lange keine Truppen gestellt haben, s. c. 7; 10. — *stare q. m.*, die Einen könnten die Anderen nicht hindern ihre Pläne zu verfolgen, 2, 31, 11; 9, 14, 1: *per utros stetisset, quo minus armis discederetur.* — *alteros*, 1, 13, 3.

3. *inhonestae*, vgl. c. 28, 7. — *urbem ag.*, es ist kaum glaublich, dass sich Antium in der 1, 38 bezeichneten Weise ohne Belagerung ergeben habe, s. Nieb. R. G. 2, 663.

4. *Satricum*, um zu verhüten, dass die Römer wieder eine Colonie dahin führten, wahrscheinlich war die Stadt schon von den Volskern geräumt. — *Matutae*, 5, 19.

5. *sua rel.*, die ihnen inwohnende Religiosität und Scheu die Götter zu verletzen, im Gegensatze zu der äusseren Veranlassung. — *edita*, 2, 7, 2.

6. *concilio*, s. c. 21. — *civitatem*, c. 26. Es hatte diese also zwischen 374 und 378 erhalten.

adventus Romanorum mutaverat utriusque partis animos: 10 Tusculanos ex ingenti metu in summam alacritatem, Latinos ex prope certa fiducia mox capiendae arcis, quoniam oppido potirentur, in exiguam de se ipsis spem verterat. tollitur 11 ex arce clamor ab Tusculanis; excipitur aliquanto maiore ab exercitu Romano. utrimque urgentur Latini: nec impetus Tusculanorum decurrentium ex superiore loco sustinent, nec Romanos subeuntes moenia molientesque obices portarum arcere possunt. scalis prius moenia capta; inde effracta 12 claustra portarum. et cum anceps hostis et a fronte et a tergo urgeret, nec ad pugnam ulla vis nec ad fugam loci quicquam superesset, in medio caesi ad unum omnes. recuperato ab hostibus Tusculo exercitus Romam est reductus.

Quanto magis prosperis eo anno bellis tranquilla omnia 34 foris erant, tanto in urbe vis patrum in dies miseriaeque plebis crescebant, cum eo ipso, quod necesse erat solvi, facultas solvendi inpediretur. itaque cum iam ex re nihil dari 2 posset, fama et corpore iudicati atque addicti creditoribus satisfaciebant, poenaque in vicem fidei cesserat. adeo ergo 3 obnoxios summiserant animos non infimi solum sed princi-

10. *mutaverat,* 5, 19, 3. — *potirentur,* 25, 11, 17: *mare nostrum erit, quo nunc hostes potiuntur.*

11. *excipitur,* es erfolgt, 2, 6, 1. — *maiore,* da die Hdss. *maior* haben, ist vielleicht *excipit* zu lesen wie Caes. B. G. 7, 88. — *nec — nec,* das erste knüpft an das Vorhergeh. an.

34—42. Die Licinische Gesetzgebung. Plut. Cam. 39.

1. *Quanto m.* Die hier erwähnten Ereignisse fallen schon in das Jahr d. St. 379 (377 der Fasten), dessen Consulartribunen L. zu nennen vergessen hat, s. c. 39, 1; Diod. 15, 71. — *quanto m.* gehört zu *tranquilla.* — *tanto,* 5, 10, 5. — *magis* konnte fehlen, da *crescebat* den Comparativbegriff enthält. — *miseriae,* vgl. 4, 51, 5. — *eo ipso,* der Nachdruck liegt auf *necesse erat:* gerade weil man, durch die *vis patrum* gezwungen, zahlen musste, fand man nicht leicht Credit, und wurde zahlungsunfähig, musste dem Gläubiger das Vermögen abtreten, und sich in Schuldgefangenschaft begeben.

2. *ex re,* weil schon das ganze Vermögen verpfändet oder verkauft war. — *fama* etc., mit Verlust des guten Rufes, c. 11, 8: *ignominia,* und der Freiheit. Beides litt der *addictus* (wenn auch nicht der *nexus,* an dessen Dienste, s. 2, 33, jedoch L. bei *corpore* zu denken scheint) nach dem zu c. 13, 8 angeführten Gesetze, da er verkauft und getödtet werden konnte. Die nach demselben in Folge der Execution eintretenden Körperqualen konnten als Strafe (*poena*) des Schuldners für den an dem Gläubiger durch Nichtbezahlung begangenen Treubruch betrachtet werden. Ueber *iudicati a. ad.,* c. 14, 10. — *fidei,* die Erfüllung der eingegangenen Verbindlichkeit durch Zahlung des Kapitals und der Zinsen.

3. *obnoxios,* 23, 12, 9: *si reticeam aut superbus aut obnoxius videar, quorum alterum est ho-*

pes etiam plebis, ut non modo ad tribunatum militum inter patricios petendum, quod tanta vi ut liceret tetenderant, 4 sed ne ad plebeios quidem magistratus capessendos petendosque ulli viro acri experientique animus esset, possessionemque honoris usurpati modo a plebe per paucos annos 5 recuperasse in perpetuum patres viderentur. ne id nimis laetum parti alteri esset, parva, ut plerumque solet, rem ingentem moliundi causa intervenit. M. Fabi Ambusti, potentis viri cum inter sui corporis homines tum etiam ad plebem, quod haudquaquam inter id genus contemptor eius habebatur, filiae duae nuptae Ser. Sulpicio maior, minor C. Licinio Stoloni erat, illustri quidem viro, tamen plebeio; eaque ipsa adfinitas haud spreta gratiam Fabio ad vulgum quaesierat. 6 forte ita incidit, ut in Servi Sulpici tribuni militum domo sorores Fabiae cum inter se, ut fit, sermonibus tempus tererent, lictor Sulpici, cum is de foro se domum reciperet, forem, ut mos est, virga percuteret. cum ad id moris eius insueta expavisset minor Fabia, risui sorori fuit, miranti 7 ignorare id sororem. ceterum is risus stimulos parvis mobili rebus animo muliebri subdidit. frequentia quoque prosequentium rogantiumque, num quid vellet, credo fortunatum

minis alienae libertatis obliti, alterum suae; hier ist es eine Steigerung von *submittere,* vgl. 23, 25, 3: *ne — animos submitterent.* — *tanta vi,* 4, 6; 16 ff.

4. *capessendos pet.*, nicht ein hysteron proteron, sondern eine Steigerung, indem das Letztere die Bemühung bezeichnet, das Erstere nur die Uebernahme von Staatsämtern.

5. *Fabi,* c. 22. — *corporis:* die Gesammtheit der Patricier, 4, 9, 4. — *id genus,* bei den Plebejern *genus,* wie 1, 5, 2; vgl. 3, 19, 9; auf die Patricier können die Worte nicht bezogen werden, da *quod — habebatur* angeben soll, wie er bei der Plebs Einfluss gehabt habe. Hierzu tritt asyndetisch: *filiae duae* etc., ein specieller Grund. — *Ser. Sulpicio,* § 1. — *maior — minor* ohne *natu,* wie oft, 1, 53, 5. — *Stoloni,* den Grund des Agnomen s. Varro de re rust. 1, 2, 9: *quod nullus in eius fundo reperiri poterat stolo, quod effodiebat circum arbores, e radicibus, quae nascerentur e solo quos stolones appellabant.* — *illustri,* wie vorher *principes;* 4, 60: *primores.* Ein Verwandter von ihm, s. c. 39, war kurz vorher, früher zwei andere Consulartribunen gewesen, 5, 12; 18.

6. *forte* etc. L. hat die an sich nicht glaubliche Erzählung schon in dieser Form vorgefunden; Peter 1, 229; Nieb. 1, 399. — *forem,* s. Plin. 7, 30: *Cn. Pompeius — intraturus Posidonii — domum fores percuti de more a lictore vetuit.* — *cum — cum,* 1, 5, 3.

7. *frequentiaque* etc. giebt den Grund des Neides an, der sich nach L's Ansicht (*credo*) mit der Erbitterung über den Spott im Gemüthe der Fabia verbindet. — *num quid* etc., nach Donat: *num quid vis discedentis vocabulum est.*

matrimonium ei sororis visum suique ipsam malo arbitrio, quo a proximis quisque minime anteiri vult, paenituisse. confusam eam ex recenti morsu animi cum pater forte vidisset, percontatus „satin' salve" avertentem causam doloris, quippe nec satis piam adversus sororem nec admodum in virum honorificam, elicuit comiter sciscitando, ut fateretur eam esse causam doloris, quod iuncta inpari esset, nupta in domo, quam nec honos nec gratia intrare posset. consolans inde filiam Ambustus bonum animum habere iussit: eosdem prope diem domi visuram honores, quos apud sororem videat. inde consilia inire cum genero coepit adhibito L. Sextio strenuo adulescente, et cuius spei nihil praeter genus patricium deesset. Occasio videbatur rerum novandarum propter ingentem vim aeris alieni, cuius levamen mali plebes nisi suis in summo imperio locatis nullum speraret. accingendum ad eam cogitationem esse. conando agendoque iam eo gradum fecisse plebeios, unde, si porro adnitantur, pervenire ad summa et patribus aequari tam honore quam virtute possent. in praesentia tribunos plebis fieri placuit, quo in magistratu sibimet ipsi viam ad ceteros honores aperirent. creatique tribuni C. Licinius et L. Sextius promulgavere leges omnes adversus opes patriciorum et pro commodis plebis, unam de aere alieno, ut deducto eo de capite, quod usuris

[Margin: 8, 9, 10, 11, **35**, 2, 3, 4]

— *arbitrio,* willkürliche, unbegründete Ansicht.

8. *confusam,* verstimmt, s. c. 6, 7. — *satin' s.,* 3, 26, 9. — *avertentem,* als sie die Ursache unterschlagen, verheimlichen wollte, ist mit *elicuit* verbunden statt: *ex ea cum — averteret confessionem elicuit,* vgl. 38, 43, 7: *haec querentes criminose — consul ad plura velut sua sponte dicenda eliciebat.*

9. *inpari,* 1, 46, 7.

11. *genus,* s. c. 11, 2; 2, 46, 4.

35. 1. *nisi suis* etc. Männer aus ihrem Stande; doch ist dieses mehr die Ansicht der Gesetzgeber und der vornehmen Plebejer, s. c. 37, 2; 39, 11, da die übrige Plebs nur Erleichterung ihrer Noth sucht; jene neben dieser zugleich Ehrenstellen und Gleichstellung mit den Patriciern zu gewinnen hoffen, s. c. 39, 1; 10; c. 40, 10; 4, 60.

2. *accingendum;* 4, 2, 7: *ad consulatum vulgi turbatores accingi.* — *ad eam cog.,* das Consulat zu erlangen, welches L. als das eigentliche Ziel der Gesetzgeber erscheinen lässt. — *conando ag.,* durch muthiges Handeln. — *gradum fec.,* die Erlangung des Consulartribunates. — *tam h. q. virt.,* sie ständen den Patriciern an Tüchtigkeit gleich und müssten suchen auch gleicher Ehre theilhaftig zu werden, 4, 35, 9; 6, 26, 6: *tam felix quam pia.*

4. *leges,* so können auch Rogationen genannt werden, die durch die Genehmigung des Volkes erst Plebiscite werden sollen. — *promulgavere,* ohne Senatsbeschluss. — *deducto* etc., s. c. 15, 10. —

pernumeratum esset, id quod superesset triennio aequis por-
5 tionibus persolveretur; alteram de modo agrorum, ne quis plus quingenta iugera agri possideret; tertiam ne tribunorum militum comitia fierent, consulumque utique alter ex plebe crearetur: cuncta ingentia, et quae sine certamine maximo
6 obtineri non possent. omnium igitur simul rerum, quarum inmodica cupido inter mortales est, agri pecuniae honorum discrimine proposito conterriti patres cum trepidassent, publicis privatisque consiliis nullo remedio alio praeter expertam multis iam ante certaminibus intercessionem invento
7 collegas adversus tribunicias rogationes comparaverunt. qui

portionibus, sonst braucht L. in solchen Verhältnissen *pensionibus*, *portio* dagegen nur in *pro portione*, s. Peter 1, 130.

5. *de modo agr.* Da es § 4: *adversus patricios*, dann *possideret* heisst; c. 39, 9: *liberos agros ab iniustis possessoribus;* ib. 10: *in agrum iniuria possessum a potentibus inducatur* (*plebs*)*;* c. 36, 11: *cum bina iugera plebi dividerentur;* c. 37, 1: *nec agros occupandi modum*, so glaubt Nieb., dass das Gesetz ein Ackergesetz gewesen sei und das Mass des ager publicus, welches der Einzelne besitzen dürfe, bestimmt habe. Indess ist es auffallend, dass L., s. c. 36, 11; 37, 1; 40, 11; 41, 10; 7, 16, 9; 10, 13, 14; 34, 4, 9, und andere Geschichtschreiber es weder *lex agraria* nennen, noch bei der Angabe des Inhaltes den technischen Ausdruck: *ager publicus* brauchen. Desshalb ist es wahrscheinlicher, dass die Gesetzgeber so wol das Mass des Grundbesitzes (possessio agri publici) als des Grundeigenthums haben festsetzen wollen, um der verarmten Plebs, die ihre Güter an die Gläubiger hatte abtreten müssen, c. 34, Gelegenheit zu verschaffen, von dem frei gewordenen Lande sich wieder Grundstücke zu kaufen; indem die reichen Plebejer wol mehr von Grundeigenthum, die Patricier von Grundbesitz aufgeben mussten, 4, 48, 2. Uebrigens hat L. mehrere Bestimmungen des Gesetzes nicht angegeben, s. 7, 16; 10, 13; Marquardt 3, 1, 320 f. — *consulumque* etc., dass jedenfalls einer der beiden Consuln (dass diese nun immer gewählt werden sollen: *sed consulum*, geht aus dem Zusammenhange hervor, dass sie beide aus der Plebs gewählt werden dürfen, ist, da es *alter* nicht *alteruter* heisst, nicht untersagt, s. c. 37, 7; 40, 16) aus der Plebs gewählt werden müsse, nicht wie es in Bezug auf die Consulartribunen und Quästoren festgesetzt war, 4, 6; 43. — Aus *ne* ist *ut* zu *crearentur* zu entnehmen. — *cuncta*, 4, 13, 4; ib. 17, 4.

6. *discrimine*, 3, 35, 3. — *trepidassent*, vergl. 3, 49, 6. — *publicis* im Senate, *privatis* wie 4, 48, 4. — *intercessionem*, obgleich der Senat dem zu erwartenden Plebiscite die Bestätigung hätte versagen können, so entzogen sich doch die Patricier dem Hasse der Plebs, wenn die Tribunen intercedirten, die dazu durch die den reichen Plebejern gedrohten Verluste, s. § 5, bewogen werden konnten. Doch kann L. auch an spätere Verhältnisse, wo die senatus auctoritas nicht erfordert wurde, gedacht haben, s. 1, 17, 9; Marquardt 2, 3, 120.

ubi tribus ad suffragium ineundum citari a Licinio Sextioque viderunt, stipati patrum praesidiis nec recitari rogationes nec sollemne quidquam aliud ad sciscendum plebi fieri passi sunt. iamque frustra saepe concilio advocato cum pro antiquatis 8 rogationes essent, „bene habet“ inquit Sextius: „quando quidem tantum intercessionem pollere placet, isto ipso telo tutabimur plebem. agite dum, comitia indicite, patres, tribu- 9 nis militum creandis: faxo ne iuvet vox ista *veto*, qua nunc concinentes collegas nostros tam laeti auditis.“ haud inritae 10 cecidere minae: comitia praeter aedilium tribunorumque plebi nulla sunt habita. Licinius Sextiusque tribuni plebis refecti nullos curules magistratus creari passi sunt; eaque solitudo magistratuum et plebe reficiente duos tribunos et iis comitia tribunorum militum tollentibus per quinquennium urbem tenuit.

Alia bella opportune quievere: Veliterni coloni gestien- **36** tes otio, quod nullus exercitus Romanus esset, et agrum Romanum aliquotiens incursavere et Tusculum oppugnare adorti sunt. eaque res Tusculanis veteribus sociis, novis 2 civibus opem orantibus verecundia maxime non patres modo sed etiam plebem movit. remittentibus tribunis plebis co- 3 mitia per interregem sunt habita, creatique tribuni militum L. Furius A. Manlius Ser. Sulpicius Ser. Cornelius P. et C.

7. *citari*, c. 38; 3, 71, 3: *cum tribus vocari et populum inire suffragium oporteret.* — *recitari*, die Rogation wurde von einem Schreiber vorgelesen, wobei die Intercession eingelegt zu werden pflegte. — *sollemne al.*, etwa das Aussprechen der Formel, 3, 64, 10, mit welcher die Comitien eröffnet wurden u. a.; Marqu. 2, 3, 129 f.

8. *concilio adv.*, s. c. 20, 11. — *pro ant.*, 4, 58, 14. — *bene h.*, „gut.“

9. *faxo*, s. 1, 34, 9. findet sich sonst bei Dichtern, um wie a. u. St. eine Drohung auszudrücken.

10. *solitudo — tenuit*, sie beherrschte; sonst wird bei *tenere* die Zeitdauer im Accus. angegeben. L. übergeht den ganzen Zeitraum von 5 Jahren, der wahrscheinlich nur durch Berechnung gefunden war, in der That nicht existirt hatte, s. Nieb. 1, 402; R. G. 2, 627; Becker 2, 2, 9. und hat überhaupt die ganze Verhandlung über die Gesetze nur sehr fragmentarisch dargestellt.

36. 1. *quievere* etc. soll zugleich die Erklärung enthalten, warum 5 Jahre die Magistrate haben entbehrt werden können, was jedoch nur für die äusseren nicht für die inneren Verhältnisse gelten würde, s. Nieb. R. G. 3, 28.

2. *verecundia m.*, s. 4, 6, 3: *indignatione.* — *novis civib.*, s. c. 26, 8.

3. *remittentibus*, 2, 34, 6; Cic. Verr 5, 9, 22: *omnia tibi ista concedam et remittam*, also fast = *permittentibus.* — *per interregem*, vielleicht war auch die Ernennung eines interrex vorher durch die Tribunen gehindert worden, s. 4, 43. — *Furius*, c. 22; *Manlius*,

Valerii haudquaquam tam obedientem in dilectu quam in co-
4 mitiis plebem habuere; ingentique contentione exercitu scri-
pto profecti non ab Tusculo modo summovere hostem, sed
5 intra suamet ipsum moenia conpulere. obsidebanturque haud
paulo vi maiore Velitrae quam Tusculum obsessum fuerat:
nec tamen ab eis, a quibus obsideri coeptae erant, expug-
6 nari potuere. ante novi creati sunt tribuni militum, Q. Ser-
vilius C. Veturius A. et M. Cornelii Q. Quinctius M. Fabius.
nihil ne ab iis quidem tribunis ad Velitras memorabile fa-
7 ctum. — In maiore discrimine domi res vertebantur. nam
praeter Sextium Liciniumque latores legum, iam octavum
tribunos plebis refectos, Fabius quoque tribunus militum,
Stolonis socer, quarum legum auctor fuerat, earum suasorem
8 se haud dubium ferebat; et cum octo ex collegio tribunorum
plebi primo intercessores legum fuissent, quinque soli erant;
et, ut ferme solent qui a suis desciscunt, capti et stupentes
animi vocibus alienis id modo, quod domi praeceptum erat,
9 intercessioni suae praetendebant: Velitris in exercitu plebis
magnam partem abesse, in adventum militum comitia differri
debere, ut universa plebes de suis commodis suffragium fer-
10 ret. Sextius Liciniusque cum parte collegarum et uno ex
tribunis militum Fabio, artifices iam tot annorum usu tra-
ctandi animos plebis, primores patrum productos interro-
gando de singulis quae ferebantur ad populum fatigabant:
11 auderentne postulare, ut cum bina iugera agri plebi divide-

c. 21; *Sulpicius* (*Praetextatus III*), c. 34, 1; *Cornelius* (*Maluginensis*), s. 5, 36, 12; *P. Valerius*, c. 27; *C. Valerius* (*Potitus*). — *obedientem*, die Tribunen müssten also Einzelne in Schutz genommen haben.

6. *Servilius*, c. 31. *Veturius*, c. 32. *A. Cornelius* (*Cossus*). *M. Cornelius*, wahrscheinlich der Censor, 5, 31. *Quinctius* (*Cincinnatus*). *Fabius*, c. 22.

7. *in discr.* n. für die patres, deren Ansicht hier ausgesprochen wird. — *octavum*, ausser den fünf Jahren der Anarchie ist das erste und das § 3 bezeichnete berechnet, in dem § 6 angegebenen sind sie zum achtenmale gewählt. — *auctor* verschieden von *latoribus*.

8. *quinque s.*, wenn in 7 Jahren nur 3 abtrünnig geworden sind, konnte die Gefahr nicht so gross sein, wol aber wenn es in 3 Jahren geschehen war, s. c. 35, 10. — *animi*, als stehende Form kann auch von Mehreren gesagt werden, 8, 13, 17: *populos — suspensos animi;* vgl. 7, 30, 22. — *alienis*, der Patricier. — *domi*, nicht Bezug nehmend auf das von den Gegnern Gesagte.

10. *productos*, 3, 64, 7.

11. *bina*, 4, 47, 7. — *agri* ist hier ager publicus, der durch das nur davon gebrauchte *dividere* (*dividerentur* gewöhnlich zugetheilt wurden) Privateigenthum wird; im Folg. ist der Besitz von occupirtem Staatslande gemeint. Wenn hier *habere* gesagt wird, so geschieht es

rentur, ipsis plus quingenta iugera habere liceret, ut singuli prope trecentorum civium possiderent agros, plebeio homini vix ad tectum necessarium aut locum sepulturae suus pateret ager? an placeret fenore circumventam plebem, ni potius quam sortem creditum solvat, corpus in nervum ac supplicia dare, et gregatim cotidie de foro addictos duci et repleri vinctis nobiles domus, et ubicumque patricius habitet, ibi carcerem privatum esse? Haec indigna miserandaque auditu cum apud timentes sibimet ipsos maiore audientium indignatione quam sua increpuissent, atqui nec agros occupandi modum nec fenore trucidandi plebem alium patribus umquam fore adfirmabant, nisi alterum ex plebe consulem, custodem suae libertatis, plebei fecissent. contemni iam tribunos plebis, quippe quae potestas iam suam ipsa vim frangat intercedendo. non posse aequo iure agi, ubi imperium penes illos, penes se auxilium tantum sit. nisi imperio com- 12 37 2 3 4

zunächst um abzuwechseln, aber auch wol, weil der lange, unvordenkliche Besitz von Staatsland fast als Eigenthum betrachtet wurde, s. 3, 1, 3; Fest. p. 233: *possessiones sunt agri late patentes publici, privatique,* die Staats- und zugleich Privatgut sind, während der *ager divisus* nur das Letztere ist. — *plus — quingenta*, in Bezug auf das vorgeschlagene Gesetz; die Einzelnen, die es haben, sind durch *ipsis* bezeichnet, sonst würde *quingena* gebraucht sein.

12. *placeret* hängt, wie § 10: *auderentur*, als in directe Frage von *interrogando — fatigabant* ab, sonst würde man was erwarten? *ni potius q. s. c. s.* ist die Lesart der Hss. und der Sinn kann nach dem Zusammenhange nur sein: wenn *sie* nicht eine grössere Summe als das geborgte Capital zurückbezahlten, näml. das Capital mit den dazu geschlagenen Zinsen, s. 2, 23, 6. Allein es ist zu bezweifeln, ob *creditum*, wie Bachofen annimmt, dieses bedeuten könne, und nicht vielmehr wie sonst, s. c. 15, 5, nur *credita pecunia*, das eigentliche Darlehn bezeichne. Vielleicht ist es nur ein Glossem von *sortem*, und *potius* (wofür Faërnus *plus* vermuthet) bedeutet: etwas Bedeutenderes. — *nervum*, c. 11, 8; Fest. p. 165: *nervum appellamus ferreum vinculum, quo pedes inpediuntur, quamquam Plautus eo etiam cervices vinciri ait.* — *supplicia*, s. c. 34, 2: *poena.* — *gregatim*, 2, 23. — *nobiles — patricius*, die Patricier also sind die Wucherer, vergl. c. 14, 3. Unter den *vinctis* können die *addicti* aber auch die *nexi* verstanden sein. Die Schilderung giebt ein lebendiges Bild von der Lage der Plebs.

37. 1. *timentes*, die vor denen sie sprachen hatten dasselbe Schicksal zu fürchten, die ganze Plebs, mit Ausnahme der principes plebis, daher *quam sua*, war verschuldet.

4. *aequo iure*, hier nicht das gleiche Recht, welches die Zwölf Tafeln gegeben haben, sondern aus *parte pari rei publicae* zu erklären — *imperium — auxilium*, der Gegensatz zeigt deutlich, dass die Tribunen kein *imperium* haben, s. 2, 56; 6, 18, 10.

municato numquam plebem in parte pari rei publicae fore. nec esse quod quisquam satis putet, si plebeiorum ratio comitiis consularibus habeatur: nisi alterum consulem utique 5 ex plebe fieri necesse sit, neminem fore. an iam memoria exisse, cum tribunos militum idcirco potius quam consules creari placuisset, ut et plebeis pateret summus honos, quattuor et quadraginta annis neminem ex plebe tribunum mili-6 tum creatum esse? qui crederent duobus nunc in locis sua voluntate impertituros plebi honorem, qui octona loca tribunis militum creandis occupare soliti sint, et ad sonsulatum viam fieri passuros, qui tribunatum saeptum tam diu habue-7 rint? lege obtinendum esse quod comitiis per gratiam nequeat, et seponendum extra certamen alterum consulatum, ad quem plebi sit aditus, quoniam in certamine relictus prae-8 mium semper potentioris futurus sit. nec iam posse dici id quod antea iactare soliti sint, non esse in plebeis idoneos viros ad curules magistratus: numqui enim socordius aut segnius rem publicam administrari post Publi Licini Calvi tribunatum, qui primus ex plebe creatus sit, quam per eos annos gesta sit, quibus praeter patricios nemo tribunus militum fuerit? quin contra patricios aliquot damnatos post 9 tribunatum, neminem plebeium. quaestores quoque sicut tribunos militum paucis ante annis ex plebe coeptos creari, 10 nec ullius eorum populum Romanum paenituisse. consulatum superesse plebeis; eam esse arcem libertatis, id columen. si eo perventum sit, tum populum Romanum vere exactos ex urbe reges et stabilem libertatem suam existimaturum: 11 quippe ex illa die in plebem ventura omnia, quibus patricii excellant, imperium atque honorem, gloriam belli, genus, nobilitatem, magna ipsis fruenda, maiora liberis relinquenda.

5. *quattuor et q.*, in der Zeit vom J. 310 bis 355, wo der erste Plebejer Consulartribun wurde, s. 5, 12, vgl. jedoch 4, 7, 1.

6. *duobus nunc* ist nicht sicher, da die Hdss. *duobusne* haben. — *octona*, s. 5, 1, 2; ib. 2, 10; Diod. erwähnt diese Zahl noch zweimal, 15, 50 u. 51.

7. *per gratiam*, weil der Einfluss der Patricier grösser sei. — *plebi*, n. nur der Plebs. — *potentioris*, 3, 11, 2.

8. *numqui*, ob in irgend einer Beziehung. — *Licini*, 5, 12. — *damnatos*, 5, 11 ff.

9. *quaestores*, 4, 54. — *paucis*, nach L. 41 Jahre, vgl. c. 40, 17: *modo*. Ueber die Stellung von *ante* s. 41, 11, 1: *paucis ante annis;* 40, 4, 2: *multis ante annis.*

11. *imperium*, das welches sie als Consulartribunen bisweilen gehabt haben, wird nicht beachtet; *honorem* als Folge des *imperium.* — *genus*, indem der welcher zuerst aus einer nicht patricischen Familie eine curulische Würde be-

huius generis orationes ubi accipi videre, novam rogationem 12
promulgant, ut pro duumviris sacris faciundis decemviri creentur ita, ut pars ex plebe pars ex patribus fiat; omniumque earum rogationum comitia in adventum eius exercitus differunt qui Velitras obsidebat.

Prius circumactus est annus quam a Velitris reducerentur legiones. 38 ita suspensa de legibus res ad novos tribunos militum dilata: nam plebis tribunos eosdem, duos utique, quia legum latores erant, plebes reficiebat. tribuni militum 2 creati T. Quinctius Ser. Cornelius Ser. Sulpicius Sp. Servilius L. Papirius L. Veturius. principio statim anni ad ulti- 3 mam dimicationem de legibus ventum; et cum tribus vocarentur, nec intercessio collegarum latoribus obstaret, trepidi

kleidete als *auctor generis* betrachtet wurde, insofern er dadurch das ius imaginum und mit diesem die Nobilität erlangte, das Recht auf die Auspicien, s. 4, 6, 1, erhielt und in diesen, wenn auch nicht in allen übrigen Verhältnissen, s. 4, 1, 2; ib. 2, 5, den patricischen gentes gleich gestellt wurde, während vorher die plebejischen gentes von allen diesen Rechten ausgeschlossen waren, s. 4, 4, 4; 10, 8, 9; vgl. Cic. Verr. 5, 7, 180: *qui (Cato) cum se virtute non genere populo R. commendari putaret, cum ipse sui g e n e r i s initium ac nominis ab se gigni ac propagari vellet;* Becker 2, 1, 225 f.

12. *accipi*, „Eingang fanden." — *novam r.*, wahrscheinlich war die Rogation mit den übrigen verbunden, aber in den Annalen besonders erwähnt, weil sie früher durchgieng. Die sibyllinischen Bücher und der Apollocultus standen mit der patricischen Religion und den Auspicien nicht in Verbindung, so dass dieses Priesterthum den Plebejern leichter übertragen werden konnte, s. 10, 8, 2. — *duumviris,* 3, 10, 7.

38. 1. *a Velitr.,* die Belagerung dauert schon das dritte Jahr. — *ad nov. tr. mil.* Die Wahl beider Magistrate ist näher zusammengerückt, als sie wirklich war, denn die Volkstrib. sind die am 10. December 386 d. St., die Consulartrib. die am 1. Quintil. 387 ihr Amt antretenden. — *plebis trib.*, wegen des Gegensatzes, vgl. 1, 12, 6; 4, 5, 6.

2. *Quinctius (Cincinnatus). Cornelius, Sulpicius,* c. 36. *Servilius (Structus). Papirius (Crassus). Veturius (Crassus).*

3. *cum tribus — obstaret* würde am einfachsten so aufgefasst: als die Tribus zum Abstimmen berufen wurden, s. 3, 72, 6; 10, 9, 1 u. a., und die Intercession nicht mehr im Wege stand; da aber dann kein Grund vorläge, warum die Rogationen nicht angenommen werden, s. § 4, und L. sich selbst widersprechen würde, s. § 5 *intercedentiumque — erat,* so scheint er nur haben sagen wollen: als die Tributcomitien bereits angesagt waren und berufen werden sollen, und vorauszusehen war, dass die Intercession nicht beachtet werden würde, s. § 5; oder er hat zum Schlusse des langen Kampfes eilend angeben wollen, dass wirklich die Comitien gehalten werden sollten und die Tribunen einig waren, wie schon c. 36, 8 angedeutet wird, und c. 39, 7; 8 keine Rede von

patres ad duo ultima auxilia, summum imperium summum-
4 que ad civem, decurrunt. dictatorem dici placet. dicitur M.
Furius Camillus, qui magistrum equitum L. Aemilium co-
optat. legum quoque latores adversus tantum apparatum ad-
versariorum et ipsi causam plebis ingentibus animis armant,
5 concilioque plebis indicto tribus ad suffragium vocant. cum
dictator stipatus agmine patriciorum plenus irae minarumque
consedisset, atque ageretur res solito primum certamine in-
ter se tribunorum plebi ferentium legem intercedentiumque,
et quanto iure potentior intercessio erat, tantum vinceretur
favore legum ipsarum latorumque, et *uti rogas* primae tribus
6 dicerent, tum Camillus „quando quidem“ inquit, „Quirites,
iam vos tribunicia libido non potestas regit, et intercessio-
nem secessione quondam plebis partam vobis eadem vi fa-
citis inritam, qua peperistis, non rei publicae magis universae
quam vestra causa dictator intercessioni adero eversumque
7 vestrum auxilium imperio tutabor. itaque, si C. Licinius et
L. Sextius intercessioni collegarum cedunt, nihil patricium
magistratum inseram concilio plebis: si adversus intercessio-

der Einsprache ist, aber nicht hinzugefügt, dass etwa durch die Vermittelung bedeutender Männer, s. 45, 36, vgl. 5, 18, oder aus anderen Gründen die Abstimmung vertagt, und nun erst ein Dictator gewählt und wieder mehrere Tribunen von den Patriciern gewonnen wurden, oder die Ereignisse haben einen anderen Gang genommen, als sich aus den fragmentarischen Nachrichten L's ersehen lässt, s. § 10; Nieb. R. G. 3, 31.

4. *placet* n. im Senate; die Ernennung selbst konnte erst in der Nacht erfolgen. — *cooptat,* ein seltner Ausdruck statt des gewöhnlichen *dicere, sibi legere, nominare,* der aber gewählt werden konnte, weil beide ein Collegium bilden, einer nicht ohne den anderen sein kann. — *indicto,* eine neue Versammlung, s. § 3; 2, 56, 9.

5. *legem,* der Singular scheint, während vorher und nachher der Plural sich findet, gebraucht, weil die drei Rogationen als ein Ganzes betrachtet werden sollen, wie es auch Cassius Dio fragm. 32 andeutet, vgl. c. 39, 1; 11; Cic. Legg. 2, 10, 23 ff. — *quanto — tantum,* s. 5, 10, 5; in *vincitur* liegt ein Comparativbegriff, s. c. 34, 1. — *vinceretur fav.,* nur selten ist, dem Volkswillen gegenüber, die Einsprache ohne Erfolg gewesen, s. 10, 37; 25, 2, und daher auch a. u. St. zweifelhaft. — *uti rogas.* Es wurde damals mündlich abgestimmt, die welche den Antrag annehmen wollten (*iubebant*) antworteten auf die Aufforderung des Magistrates: *velitis iubeatis* (*rogo*), s. 1, 46, 1, mit *uti rogas,* die welche denselben ablehnten, wahrscheinlich mit *antiquo,* Marquardt 2, 3, 97.

6. *auxilium trib.* etc., während dieses gerade gegen den Missbrauch des imperium gerichtet sein sollte.

7. *patricium mag.,* 4, 43, 10, um den Gegensatz gegen die Plebs, *concilio pl.,* schärfer zu bezeich-

nem tamquam captae civitati leges inponere tendent, vim tribuniciam a se ipsa dissolvi non patiar." Adversus ea cum [8] contemptim tribuni plebis rem nihilo segnius peragerent, tum percitus ira Camillus lictores, qui de medio plebem emoverent, misit, et addidit minas, si pergerent, sacramento omnes iuniores adacturum exercitumque extemplo ex urbe eductutum. terrorem ingentem incusserat plebi; ducibus plebis [9] accendit magis certamine animos quam minuit: sed re neutro inclinata magistratu se abdicavit, seu quia vitio creatus erat, ut scripsere quidam, seu quia tribuni plebis tulerunt ad plebem, idque plebs scivit, ut, si M. Furius pro dictatore quid egisset, quingentum milium ei multa esset. sed auspi- [10] ciis magis quam novi exempli rogatione deterritum ut potius credam, cum ipsius viri facit ingenium, tum quod ei suffectus est extemplo P. Manlius dictator; — quem quid creari [11] attinebat ad id certamen, quo M. Furius victus esset? — et quod eundem M. Furium dictatorem insequens annus habuit, haud sine pudore certe fractum priore anno in se imperium repetiturum; simul quod eo tempore, quo promulgatum de [12] multa eius traditur, aut et huic rogationi, qua se in ordinem

nen. — *tendent* nach *cedunt*, s. 23, 13, 5: *si consulet — si refertis.*

8. *contemptim „cum contemptu Camilli."* Drak., s. 2, 56, 12. — *de med emover.*, von dem Forum weg, sonst *summovere*, 3, 14, 4. Nach Plutarch. 39 hat Cam., was er hier nur droht, ausgeführt, und das Volk zur Aushebung auf das Marsfeld beschieden; das letzte Mittel gegen den Widerstand, das aber bei der Einigkeit der Plebs wirkungslos blieb, vergl. c. 16, 3. — *omnes iun.*, ein Theil derselben stand noch vor Velitrae.

9. *neutro,* 1, 25, 4. — *seu quia* etc. Die Sache war schon im Alterthume bestritten. — *tulerunt* etc., die Tribunen können nur eine Mult beantragen, nicht zuerkennen (*dicere*), s. Becker 2, 2, 268; wahrscheinlich kündigten sie die Rogation nur an, um sie, wenn Camillus die Dictatur niedergelegt haben würde, zur Abstimmung zu bringen. Dass diese schon jetzt erfolgt sei, wird mit Recht von L. bezweifelt; s. Nieb. 3, 30 f. — *pro dictat.*, als solcher, nach der ihm als solchem zustehenden Gewalt.

10. *auspiciis*, wegen der (ungünstigen oder nicht rechtmässigen) Auspic., vorher *vitio creatus.* — *magis — potius,* praef. 5. — *novi ex.*, vergl. 5, 29, 7. Eine andere Nachricht in den Capit. Fasten, dass Cam. *rei gerendae causa* zum Dictator gewählt, *ex senatus consulto* sein Amt niedergelegt habe, die auf einen anderen Hergang schliessen lässt, scheint L. nicht gekannt zu haben, s. Becker 2, 2, 172 f.

11. *haud sine* braucht L. auch 5, 22, 1; 22, 44, 2; 23, 6, 8; Cicero nur *non sine.* — *repetiturum* vertritt die Stelle eines part. des condicionalis der Vergangenheit: *qui repetiturus fuerit.*

12. *simul,* der vierte Grund. — *in ordinem c.,* 3, 35, 6.

cogi videbat, obsistere potuit, aut ne illas quidem, propter 13 quas et haec lata erat, inpedire; et quod usque ad memoriam nostram tribuniciis consularibusque certatum viribus est, dicaturae semper altius fastigium fuit.

39 Inter priorem dictaturam abdicatam novamque a Manlio initam ab tribunis velut per interregnum concilio plebis habito apparuit, quae ex promulgatis plebi, quae latoribus gra- 2 tiora essent. nam de fenore atque agro rogationes iubebant, de plebeio consule antiquabant. et perfecta utraque res esset, ni tribuni se in omnia simul consulere plebem dixis- 3 sent. P. Manlius deinde dictator rem in causam plebis inclinavit C. Licinio, qui tribunus militum fuerat, magistro 4 equitum de plebe dicto. id aegre patres passos accipio; dictatorem propinqua cognatione Licini se apud patres excusare solitum, simul negantem magistri equitum maius quam 5 tribuni consularis imperium esse. Licinius Sextiusque, cum tribunorum plebi creandorum indicta comitia essent, ita se gerere, ut negando iam sibi velle continuari honorem acerrime accenderent ad id quod dissimulando petebant plebem: 6 nonum se annum iam velut in aciem adversus optimates

13. *et quod* etc. Die beiden Sätze sind gleich gestellt, obgleich der erste logisch untergeordnet ist, und eine Einräumung enthält: dass, während Tribunen und Consuln bis auf die neueste Zeit häufig mit einander gestritten haben, die Dictatur, als unverantwortlich, über solche Kämpfe erhaben gewesen ist, s. 2, 12, 2; 3, 19, 9; 6, 23, 7 u. a. Das 7, 3, 9 erwähnte Beispiel ist L. nicht gegenwärtig gewesen.

39. 1. *velut p. int.*, als ob keine höheren Magistrate vorhanden wären, da die Consulartribunen, s. c. 38, keinen Einfluss hatten. — *concilio plebis*, die Comitien werden wirklich berufen, die Abstimmung beginnt. — *iubebant — antiquabant*, s. c. 38, 4, näml. die zuerst zum Abstimmen gelangenden Tribus. Der Hergang ist nicht klar, da man nicht sieht, wie die Tribus einzelne Gesetzestheile haben verwerfen können, wenn sie über alle zusammen befragt wurden. Daher ist wol anzunehmen, dass Anfangs die drei Rogationen einzeln zur Abstimmung gebracht sind und der Senat seine Zustimmung zu den beiden ersten zu geben erklärt hat, s. Peter 1, 232; dann aber, als das Volk darauf eingeht, die Tribunen alle für ein Ganzes erklären, s. c. 38, 8, und die Versammlung auflösen.

3. *Manlius*, c. 42; nach den Fast. Cap. ist er *dictator seditionis sedandae et rei gerendae causa.* — *Licinius*, nicht der Volkstribun, wie der Zusatz: *qui trib. militum fuerat* zeigt. Das Tribunat ist c. 31, 1 oder 34, 1 übergangen. Er heisst Calvus, und war, wie es scheint, Bruder der 5, 18 genannten, Vatersbruder des Volkstribuns, hatte aber nach 10, 8, 8 und Cassius Dio 31 auch den mehreren Liciniern gemeinschaftlichen Namen *Stolo.*

4. *maius quam* etc., Becker 2, 2, 177.

6. *nonum*, c. 36, 7. — *in aciem*

10. *oramus* ohne *nos*, weil kein Gegensatz zu einem anderen Subjecte statt findet, s. 6, 6, 15: *facimus;* ib. 26, 1 u. a. — *insignem* bezieht sich eigentlich auf den Sieg und Triumph. — *signum*, s. Caes. B. G. 2, 20, vgl. auch praef. 1.

milites vellent se recepit, Tulliumque secreto, quaenam haec res sit aut quo acta more, percunctatur. Tullius magno 2 opere a dictatore petere, ne se oblitum disciplinae militaris, ne sui neve imperatoriae maiestatis crederet: multitudini concitatae, quae ferme auctoribus similis esset, non subtraxisse se ducem, ne quis alius, quales mota creare multitudo soleret, existeret. nam se quidem nihil non arbitrio impe- 3 ratoris acturum: illi quoque tamen videndum magno opere esse, ut exercitum in potestate haberet. differri non posse adeo concitatos animos. ipsos sibi locum ac tempus pugnandi sumpturos, si ab imperatore non detur. dum haec loquun- 4 tur, iumenta forte pascentia extra vallum Gallo abigenti duo milites Romani ademerunt. in eos saxa coniecta a Gallis; deinde ab Romana statione clamor ortus, ac procursum utrimque est. iamque haud procul iusto proelio res erant, ni ce- 5 leriter diremptum certamen per centuriones esset. adfirmata certe eo casu Tullii apud dictatorem fides est, nec recipiente iam dilationem re in posterum diem edicitur acie pugnaturos. dictator tamen, ut qui magis animis quam viribus fre- 6 tus ad certamen descenderet, omnia circumspicere atque agitare coepit, ut arte aliqua terrorem hostibus incuteret. sollerti animo rem novam excogitat, qua deinde multi nostri atque externi imperatores, nostra quoque quidam aetate, usi sunt. mulis strata detrahi iubet, binisque tantum centuncu- 7 lis relictis agasones partim captivis partim aegrorum armis ornatos inponit. his fere mille effectis centum admiscet 8 equites, et nocte super castra in montes evadere ac silvis se occultare iubet, neque inde ante moveri quam ab se ac-

14. 1. *recepit,* 40, 35, 11: *si neque de fide barbarorum quidquam recipere aut adfirmare nobis potes;* Cic. Fam. 13, 72: *tuque mihi te facturum liberalissime recepisti.* Doch ist die weite Entfernung des Pron. *se* von *facturum* auffallend, und vielleicht *in se recepit* zu lesen. Dagegen ist § 5: *recipiente — re* zu lassen.

3. *videndum = providendum,* Vorkehrungen treffen.

4. *extra v.,* das Vieh befand sich sonst innerhalb des Walles zwischen den Zelten und dem Graben. Zur Sache vgl. 44, 40, 7. — *statione,* der Posten vor dem Lager.

6. *multi nostri,* z. B. Marius im Kampfe mit den Teutonen, Front. Strat. 2, 4, 6: *agasones lixasque armatos simul ire iussit* (Marius) *iumentorumque magnam partem instructorum cum centunculis, ut per hoc equitatus species adiceretur,* die *centunculi* sind bunte Decken, wie sie die Reiter hatten; die *strata* dagegen hohe Pack-Saumsättel, *clitellae,* an welchen sie wären erkannt worden.

8. *movere,* entweder ist *se* auch hierzu zu denken, oder *movere* reflexiv zu nehmen, wie 10, 4, 9: *nec tamen iniussu movere auderent.*

9 ceperint signum. ipse, ubi inluxit, in radicibus montium extendere aciem coepit sedulo, ut adversus montes consiste-
10 ret hostis. instructo vani terroris apparatu, qui quidem terror plus paene veris viribus profuit, primo credere duces Gallorum non descensuros in aequum Romanos; deinde ubi degressos repente viderunt, et ipsi avidi certaminis in proelium ruunt, priusque pugna coepit quam signum ab ducibus
15 daretur. Acrius invasere Galli dextrum cornu; neque sustineri potuissent, ni forte eo loco dictator fuisset, Sex. Tullium
2 nomine increpans rogitansque, sicine pugnaturos milites spopondisset? ubi illi clamores sint arma poscentium, ubi minae iniussu imperatoris proelium inituros? en ipsum imperatorem clara voce vocare ad proelium et ire armatum ante prima signa! ecquis sequeretur eorum qui modo ducturi fuerint, in
3 castris feroces, in acie pavidi? vera audiebant: itaque tantos pudor stimulos admovit, ut ruerent in hostium tela alienatis a memoria periculi animis. hic primo impetus prope vecors turbavit hostes, eques deinde emissus turbatos avertit.
4 ipse dictator postquam labantem una parte vidit aciem, signa in laevum cornu confert, quo turbam hostium congregari cernebat; et iis qui in monte erant signum quod convene-
5 rat dedit. ubi inde quoque novus clamor ortus, et tendere obliquo monte ad castra Gallorum visi sunt, tum metu ne

10. *instructo* etc., s. 5, 25, 7: *adhibito.* Der ganze Satz giebt nur die Zeit an, in welcher das *credere — non descensuros* etc. stattfand; das Folg. *deinde* etc. bezieht sich auf § 9. — *qui quidem:* der jedoch; Gegensatz zu *vanus*, da der *apparatus* an sich zwar Blendwerk, aber in seinen Folgen von Bedeutung war.

15. 1. *dextrum c.*, die Schilderung der Schlacht ist wahrscheinlich durch L's Schuld nicht klar, denn die Gallier greifen den rechten Flügel der Römer an, also mit ihrem linken; dennoch wendet sich der Dictator § 4 gegen das *laevum cornu* der Feinde, und § 6 ist von dem *dextrum cornu* die Rede, als ob dieses das § 1 genannte wäre. L. scheint die beiden letzten Bezeichnungen von dem Standpunkte der Römer, welche den links stehenden Flügel der Gallier von sich aus rechts und den rechten links erblickten, gewählt zu haben. Drakenb. wollte § 1 *dextro cornu* lesen. Uebrigens enthalten wie oft die beiden *cornua* die ganze Schlachtreihe, eine media acies ist nicht vorhanden.

2. *en*, um den Tadel zu schärfen, s. 28, 27, 8: *in castris en meis* etc. — *prima signa*, der *hastati*, s. 8, 8, 5. — *sequeretur*, 5, 2, 9; der Conj. wol noch in Bezug auf *rogitans*.

3. *vera*, s. 2, 59, 9.

4. *labantem* etc. schliesst sich an *turbavit* an. — *signa* u. *peditum.*

5. *obliquo m.*, der Berg, welchen die Gallier sich gegenüber sehen, erstreckt sich an der einen Seite nach dem Lager zu, so dass die agasones schräg an demselben

excluderentur omissa pugna est, cursuque effuso ad castra ferebantur. ubi cum occurrisset eis M. Valerius magister 6 equitum, qui profligato dextro cornu obequitabat hostium munimentis, ad montes silvasque vertunt fugam, plurimique 7 ibi a fallaci equitum specie agasonibusque excepti sunt. et eorum, quos pavor perculerat in silvas, atrox caedes post sedatum proelium fuit. nec alius post M. Furium quam C. 8 Sulpicius iustiorem de Gallis egit triumphum. auri quoque ex Gallicis spoliis satis magnum pondus saxo quadrato saeptum in Capitolio sacravit. — Eodem anno et a consulibus 9 vario eventu bellatum. nam Hernici a C. Plautio devicti subactique sunt, Fabius collega eius incaute atque inconsulte adversus Tarquinienses pugnavit. nec in acie tantum ibi 10 cladis acceptum quam quod trecentos septem milites Romanos captos Tarquinienses immolarunt, qua foeditate supplicii aliquanto ignominia populi Romani insignitior fuit. accessit 11 ad eam cladem et vastatio Romani agri, quam Privernates, Veliterni deinde, incursione repentina fecerunt. — Eodem anno duae tribus, Pomptina et Publilia, additae. ludi votivi, 12

hinreitend den Feinden in den Rücken kommen konnten. — *metu,* 3, 35, 2. — *ferebantur,* s. 9, 13, 2; 6, 30, 4 u. a.: sie eilten. Das Subject ergiebt sich aus dem Zusammenhange.

7. *agasonibusque,* Erklärung von *fallaci eq. specie.* — *percul.,* die erreicht hatten.

8. *Furium,* 5, 49. — *ex spol.* attributiv. — *saxo q.,* s. 1, 26, 13; es sind Gewölbe unter dem Cap. Tempel, s. Nonius p. 112: *favissas eas dici Varro existimat, quos Graeci thesauros vocant. — quod in eos non rude aes argentumque, sed flata signataque pecunia conderetur,* s. Becker 1, 396, vgl. 5, 50, 6.

9. *devicti s.,* ein zu starker Ausdruck für den Abschluss des Friedens, durch den sie wieder in das frühere Verhältniss zu Rom treten als gleichberechtigte Bundesgenossen, s. 2, 41, wie die Latiner c. 12, 7, s. Nieb. 1, 412.

10. *tantum — quam,* s. 6, 9, 9. — *immolarunt,* sie scheinen sie den Göttern geopfert zu haben, wie auch sonst Menschenopfer von den Etruskern angeordnet werden, s. 22, 57, 6, und auf Bildwerken dargestellt sind, Denys die Städte Etrur. S. 487.

11. Es folgen abgerissene Notizen, wie sie sich in den Annalen fanden. *Privernates,* die Bewohner von Privernum, einer östlich von den Pontinischen Sümpfen, am Amasenus gelegenen latin. Stadt, die aber lange den Volskern unterworfen gewesen ist. Sie scheinen sich ebenso wenig als die Veliterner dem Frieden c. 12 angeschlossen, und die Aufnahme in die sogleich erwähnte tribus Pomptina verweigert zu haben. — *Veliterni,* der Ausgang der Belagerung 6, 42 ist nicht erwähnt, sie erscheinen aber hier als unabhängig. — *Pomptina,* die Gegend an den Sümpfen, s. 6, 6, 4. Es werden so 27 Tribus, s. 6, 5.

12. *ludi v.* können nicht die 5, 19 gelobten sein, da diese bereits gehalten sind, s. 5, 31; auch nicht die 6, 42 erwähnten, weil diese nicht votivi waren. Wahrschein-

quos M. Furius dictator voverat, facti. et de ambitu ab C. Poetelio tribuno plebis auctoribus patribus tum primum ad 13 populum latum est, eaque rogatione novorum maxime hominum ambitionem, qui nundinas et conciliabula obire soliti erant, conpressam credebant.

16 Haud aeque laeta patribus insequenti anno C. Marcio Cn. Manlio consulibus de unciario fenore a M. Duellio L. Menenio tribunis plebis rogatio est perlata; et plebs aliquanto 2 eam cupidius scivit accepitque. — Ad bella nova priore anno destinata Falisci quoque hostes exorti duplici crimine, quod et cum Tarquiniensibus iuventus eorum militaverat, et eos qui Falerios perfugerant, cum male pugnatum est, repe- 3 tentibus fetialibus Romanis non reddiderant. ea provincia Cn. Manlio obvenit. Marcius exercitum in agrum Privernatem integrum pace longinqua induxit, militemque praeda in-

lich sind die c. 11 gelobten gemeint, und von L. irrthümlich oder nach anderen Annalen dem Camillus zugeschrieben. — *de ambitu,* vgl. 4, 25. Das Gesetz ist nicht, wie spätere, gegen Bestechung gerichtet, sondern gegen die im Folgend. bezeichnete unwürdige Art der Bewerbung, welche einzureissen anfieng. — *auctor. patr.*, nachdem es der Senat gebilligt hatte.

13. *novorum h.,* Plebejer, s. c. 1. — *ambitionem,* überhaupt Bewerbung: *ambitio nihil est aliud quam intempestiva captatio gratiae ac favoris, plerumque tam efficax, ut eius ergo ius et officium migremus.* Gronov. — *nundinas,* Märkte, wie sie alle 9 Tage nicht allein in Rom, s. 3, 35, 1, sondern auch in anderen Orten gehalten werden. — *conciliabulis,* s. Paul. Diac. p. 38: *conciliabulum locus, ubi in concilium itur.* Die Candidaten sollen also nur in Rom auf dem Forum und dem campus Martius sich bewerben.

16—18. Innere Verhältnisse; Kriege gegen die Falisker, Tarquinienser, Privernaten; Diod. 16, 31; 36.

1. *haud aeque* etc., in Bezug auf c. 15, 13 *patribus auctoribus:* sie gaben ungern ihre Zustimmung zu dem Gesetze, weil die Patricier besonders Wucher trieben. — *Marcio (Rutilo). Manlio,* c. 12. — *unciario f.,* das Kapital wurde als das Ganze durch *as* bezeichnet, die Zinsen sollten eine *uncia* d. h. 1/12 desselben betragen, für das zehnmonatliche Jahr 8 1/3, für das zwölfmonatliche 10 Procent, Marquardt 3, 2, 49; wahrscheinlich wurde auf die Uebertretung des Gesetzes jetzt eine Mult gesetzt, während die Zwölf-Tafeln, s. 6, 11, 9, nur eine Privatstrafe angeordnet hatten. — *cupidius,* als das gegen den *ambitus*, bei dem die ärmere Plebs wenig interessirt war. — *accepitque,* neben dem eigentlichen Ausdrucke (*scivit, plebiscitum*) deutet darauf hin, dass der Vorschlag der Plebs erwünscht war.

2. *ad = praeter.* — *nova,* s. c. 15, 11, der Beschluss über dieselben ist dort übergangen. — *Falisci*, s. 5, 27. — *male pugnat.,* c. 15.

3. *integrum*, wie 6, 7, 1, weil sie in den Kriegen mit Rom nicht besonders genannt sind, wird angenommen, dass sie überhaupt in tiefem Frieden gelebt haben. —

plevit. ad copiam rerum addidit munificentiam, quod nihil in publicum secernendo augenti rem privatam militi favit. Privernates cum ante moenia sua castris permunitis consedissent, vocatis ad contionem militibus „castra nunc“ inquit „vobis hostium urbemque praedae do, si mihi pollicemini vos fortiter in acie operam navaturos, nec praedae magis quam pugnae paratos esse.“ signum poscunt ingenti clamore, celsique et spe haud dubia feroces in proelium vadunt. ibi ante signa Sex. Tullius, de quo ante dictum est, exclamat „aspice, imperator,“ inquit „quem ad modum exercitus tuus tibi promissa praestet;“ piloque posito stricto gladio in hostem impetum fecit. secuntur Tullium antesignani omnes primoque impetu avertere hostem; fusum inde ad oppidum persecuti, cum iam scalas moenibus admoverent, in deditionem urbem acceperunt. triumphus de Privernatibus actus. ab altero consule nihil memorabile gestum, nisi quod legem novo exemplo ad Sutrium in castris tributim de vicesima eorum qui manu mitterentur tulit. patres, quia ea lege haud parvum vectigal inopi aerario additum esset, auctores fuerunt. ceterum tribuni plebis non tam lege quam exemplo moti, ne quis postea populum sevocaret, capite sanxerunt:

nihil etc., sonst wird wenigstens der Erlös aus den verkauften Gefangenen in die Staatscasse geliefert. — *augenti,* conatus.

4. *praedae,* zum Beutemachen.

5. *celsi,* vgl. 30, 32, 11. — *inquit* ist nach *exclamat* pleonastisch hinzugefügt, 24, 22, 8: *Dionysii tyranni vocis, qua — dixerit.* — *piloque p.*, s. 6, 12, 8, L. denkt auch hier an das Niederlegen des *pilum*, obgleich vielleicht nur das Fällen desselben gemeint war, wie 33, 8, 13. Den Triariern, welchen Tullius angehört, werden 8, 8, 10 *hastae* beigelegt.

6. *secuntur antes.,* s. 4, 37, 11; 8, 8, 7. Die Schilderung ist jener Zeit nicht angemessen, da nach 8, 8, 11 die Triarier die Schlacht nicht eröffneten. Durch die Hervorhebung des Tullius gewinnt die Darstellung mehr Anschaulichkeit. — *in ded.,* s. c. 27, 9. Was aus Velitrae geworden wird nicht mitgetheilt. — *triumphus* etc. Nach den Triumphalfasten a. u. CCCXCVI K. Iun.

7. *tributim,* da nach Tribus ausgehoben wurde, s. 4, 46, und die Tribus ziemlich gleichmässig im Heere vertreten waren, so konnten auch ausser der Stadt im Lager Tributcomitien gehalten werden, doch ist es nicht gewöhnlich (*novo exemplo*); eben so selten, dass der Consul dieselben beruft, s. 3, 71, 3. — *de vices.,* 5 Procent von dem Werthe der Sclaven. — *vectigal,* Einnahme aus indirecter Abgabe. — *inopi v.* deutet an, dass es jetzt für Staatszwecke verwendet wurde, später hat es eine andere Bestimmung, s. 27, 10, 11; Marquardt 3, 2, 16; 124.

8. *sevocaret,* wer ausserhalb der Stadt und somit ausser dem Bereich, wo das imperium beschränkt ist, eine Volksversammlung beriefe, vgl. 43, 16; 3, 20; Cic. Mur. 7,

nihil enim non per milites iuratos in consulis verba quam-
9 vis perniciosum populo, si id liceret, ferri posse. eodem anno C. Licinius Stolo a M. Popilio Laenate sua lege decem milibus aeris est damnatus, quod mille iugerum agri cum filio possideret, emancupandoque filium fraudem legi fecisset.

17 Novi consules inde, M. Fabius Ambustus iterum et M.
2 Popilius Laenas iterum, duo bella habuere, facile alterum cum Tiburtibus quod Laenas gessit, qui hoste in urbem compulso agros vastavit. Falisci Tarquinienses que alterum con-
3 sulem prima pugna fuderunt. inde terror maximus fuit, quod sacerdotes eorum facibus ardentibus anguibusque praelatis incessu furiali militem Romanum insueta turbaverunt
† specie. et tum quidem velut lymphati et attoniti munimen-
4 tis suis trepido agmine inciderunt; deinde, ubi consul legatique ac tribuni puerorum ritu vana miracula paventes inridebant increpabantque, vertit animos repente pudor, et in ea
5 ipsa quae fugerant velut caeci ruebant. discusso itaque vano apparatu hostium cum in ipsos armatos se intulissent, averterunt totam aciem; castrisque etiam eo die potiti praeda ingenti parta victores reverterunt, militaribus iocis cum ap-
6 paratum hostium tum suum increpantes pavorem. concitatur deinde omne nomen Etruscum et Tarquiniensibus Faliscisque

15: *ut rursus plebs in Aventinum sevocanda esse videatur,* von einer Secession der Plebs. — *capite s.,* sie setzen eine Capitalstrafe darauf. — *iuratos,* sie waren dem Consul durch den Eid zu Gehorsam verpflichtet, und hätten durch das imperium desselben, der freien Entscheidung beraubt, gezwungen werden können, alle Anträge anzunehmen. — *ferri,* prägnant = *perferri.*

9. *Popilio,* er scheint einer anderen Partei als Licinius angehört zu haben, s. c. 12, 4. — *damnatus,* die Verurtheilung wurde durch Popilius bewirkt, der (vielleicht als Aedil, s. 10, 13, 14) hier als Ankläger auftritt, und die im Gesetze, s. 6, 35, 5, bestimmte Mult beantragt. — *emancupando,* an sich hätte die Emancipation genügt, aber nach Val. Max. 8, 6, 3: *dissimulandi criminis gratia dimidiam partem filio emancipavit* wurde er beschuldigt die Emancipation um das Gesetz zu umgehen (*in fraudem legis*) vorgenommen zu haben, s. Puchta Instit. 1, 204.

17. 1. *Fabius,* c. 11. *Popilius,* c. 12.

3. *anguibus,* aus § 4: *vana miracula* und § 5: *vano apparatu* scheint zu folgen, dass L. nicht an wirkliche Schlangen (s. Corn. Hann. 10) gedacht habe, wie es auch Flor. in der zu 4, 33, 2 erwähnten Stelle: *Fidenae — armatae discoloribus serpentum in modum vittis* gefasst hat. — *furiali,* den Furien ähnlich. — *lymphati,* 10, 28, 10.

5. *victores* etc., das Folg. lässt eher eine Niederlage erwarten.

6. *omne n. Etr.,* also auch die nördlichen Staaten, welche jetzt

ducibus ad Salinas perveniunt. adversus eum terrorem dictator C. Marcius Rutilus primus de plebe dictus magistrum equitum item de plebe C. Plautium dixit. id vero patribus 7 indignum videri, etiam dictaturam iam in promisco esse; omnique ope inpediebant, ne quid dictatori ad id bellum decerneretur parareturve. eo promptius cuncta ferente dictatore populus iussit. profectus ab urbe utraque parte Tiberis 8 ratibus exercitu, quocumque fama hostium ducebat, traiecto multos populatores agrorum vagos palantes oppressit. castra 9 quoque necopinato adgressus cepit, et octo milibus hostium captis, ceteris aut caesis aut ex agro Romano fugatis sine auctoritate patrum populi iussu triumphavit. — Quia nec per 10 dictatorem plebeium nec per consulem comitia consularia haberi volebant, et alter consul Fabius bello retinebatur, res ad interregnum redit. interreges deinceps Q. Servilius Ahala, 11 M. Fabius, Cn. Manlius, C. Fabius, C. Sulpicius, L. Aemilius, Q. Servilius, M. Fabius Ambustus. in secundo interregno 12

Rom mehr als die Gallier zu fürchten scheinen. — *ducibus,* c. 11, 3. — *ad Salinas,* auf dem rechten Tiberufer; s. 5, 45, 8, wo der letzte Zug der Etrusker bis in die Nähe Roms erzählt ist. — *Marcius,* c. 16.

7. *patribus,* obgleich der Senat in der Regel bei wichtigen Angelegenheiten den zu erwählenden Dictator bestimmt, s. c. 12, 9, so scheint doch der denselben ernennende Consul nicht nothwendig an diesen Beschluss gebunden zu sein, s. 8, 12. Wäre Marcius nach dem Willen des Senates ernannt worden, so liesse sich das Folg. nicht erklären, um so mehr als nach § 9 ff. die strenge Aristokratenpartei in demselben die Oberhand hat. — *in promisco,* Gemeingut. — *inpediebant,* suchten zu verhindern, 2, 43, 6. — *decerneretur,* der Senat hat das Recht den dilectus und die Geldmittel zur Kriegführung zu verwilligen. Beides sucht die dem Dictator feindliche Partei zu hintertreiben, wahrscheinlich indem sie hindert, dass die nöthigen Senatsbeschlüsse gefasst werden; vergl. 28, 45, 13. — *ferente dict.* Der Dictator scheint ohne Senatsbeschluss seine Anträge an das Volk (die Centurien?) gestellt zu haben.

8. *utraque,* die Feinde sind also auch über die Tiber gegangen. — *vagos pal.,* 2, 50, 6.

9. *populi i.,* 3, 63, 8.

10. *consulem n. plebeium,* s. c. 21, 9. — *interregnum,* da die Interregen immer Patricier waren, so liess sich eher erwarten, dass sie die Pläne der strengen Aristokraten durchsetzen würden. Die lange Reihe derselben setzt heftigen Widerspruch von Seiten der Tribunen voraus.

12. *in secundo,* also unter Fabius, wahrscheinlich dem Schwiegervater des Licinius, 6, 22; 34; 36, dessen Bestrebungen und Ansichten entweder von L. nicht richtig dargestellt sind, oder sich geändert haben müssten. Der zweite *M. Fabius,* der um diese Zeit lebte, s. c. 17; 18, 22, kann es nicht wol gewesen sein, da so eben § 11 erzählt ist, dass er noch im Felde gestanden habe. Vielmehr ist dieser der letzte der Interregen. —

orta contentio est, quod duo patricii consules cre
tercedentibusque tribunis interrex Fabius aiebat i
tabulis legem esse, ut quodcumque postremum p
sisset, id ius ratumque esset; iussum populi et su
13 cum intercedendo tribuni nihil aliud quam ut di
mitia valuissent, duo patricii consules creati sunt
cius Peticus tertium M. Valerius Publicola, eod
magistratum inierunt.

18 Quadringentesimo anno quam urbs Romana c
quinto tricesimo quam a Gallis reciperata, ablat
decimum annum a plebe consulatu patricii consul
interregno magistratum iniere, C. Sulpicius Peti
2 M. Valerius Publicola. Empulum eo anno ex
haud memorando certamine captum, sive duorum
auspicio bellum ibi gestum est, ut scripsere quida
idem tempus Tarquiniensium quoque sunt vasta
Sulpicio consule, quo Valerius adversus Tiburte
3 duxit. Domi maius certamen consulibus cum pl
bunis erat. fidei iam suae non solum virtutis duc

creabantur, die Wahl fand statt, konnte aber nicht vollständig durchgesetzt werden. Der Interrex scheint für Plebejer keine Stimmen angenommen, oder die Curien die Bestätigung verweigert, die Tribunen vor der Renuntiation, s. 5, 18, 2, Einsprache gethan zu haben. Nur daraus, dass die Stimmen wirklich abgegeben sind, erklärt sich das Folg.: *quodcumque—suffragia esse:* die durch das Volk vollzogene Wahl (von zwei Patriciern) sei, da jede Wahl ebenso wie die Abstimmung über Gesetze nach einer rogatio erfolgte, auch ein *iussus populi*, und hebe die Bestimmung des Licinischen Gesetzes, dass ein Plebejer zu wählen sei, auf.

13. *differrent,* die Comitien wurden vertagt, aber dann immer dasselbe Verfahren beobachtet, so dass die Tribunen zuletzt von der Intercession abstanden, s. Becker 2, 2, 103. — *valuissent* n. *efficere.* — *Sulpicius,* c. 9; 12.

18–20. Streitigke
Consulat; Krieg gege
Etrurien.

1. *quadringentesim*
Sache war also in den
besonders bedeutend d
c. 1, 1. Nach den F
es das Jahr 398. — *q*
§ 477. — *quinto tr.,*
— *a Gallis* ist wie z
— *post undec. an.* n.
erat concessus, das
bereits abgelaufen.

2. *Empulum,* wahrsc
j. Ampiglione an der S
Subiaco, eine von Tibu
Stadt, wie c. 19 *Sass*
29, 6. — *haud* findet s
bei affirmativen Begriffe
4; 8. 40, 3; 33, 49, 2

3. *fidei i. s.,* mit Nac
angestellt: sie hielten
Pflicht, da ihre Standes
grosses Vertrauen in
hatten, nicht blos für ei
ihrer Tüchtigkeit und E

ut accepissent duo patricii consulatum, ita ambobus patriciis mandare: quin aut toto cedendum esse, si plebeius iam ma- 4 gistratus consulatus fiat, aut totum possidendum, quam possessionem integram a patribus accepissent. plebes contra 5 fremit: quid se vivere, quid in parte civium censeri, si, quod duorum hominum virtute, L. Sexti ac C. Licini, partum sit, id obtinere universi non possint? vel reges, vel decemviros, vel si quod tristius sit imperii nomen, patiendum esse po- 6 tius quam ambos patricios consules videant, nec in vicem pareatur atque imperetur, sed pars altera in aeterno imperio 7 locata plebem nusquam alio natam quam ad serviendum putet. non desunt tribuni auctores turbarum, sed inter conci- 8 tatos per se omnes vix duces eminent. aliquotiens frustra 9 in campum descensum cum esset, multique per seditiones acti comitiales dies, postremo victae perseverantia consulum plebis eo dolor erupit, ut tribunos, actum esse de libertate vociferantes relinquendumque non campum iam solum sed etiam urbem, captam atque oppressam regno patriciorum, maesta plebs sequeretur. consules relicti a parte populi per 10 infrequentiam comitia nihilo segnius perficiunt. creati consules ambo patricii, M. Fabius Ambustus tertium T. Quinctius. in quibusdam annalibus pro T. Quinctio M. Popilium consulem invenio.

Duo bella eo anno prospere gesta, cum Tiburtibusque **19** ad deditionem pugnatum. Sassula ex his urbs capta, cetera-

duo — ambobus, hier wie § 2 u. 1; c. 19, 5 wenig verschieden: die zwei — alle beide.

4. *iam*, nun, von jetzt an; rhetorische Uebertreibung, s. § 1. — *quam p.*, Zumpt § 372, vergl. 4, 2, 4.

5. *vivere*, in orat. recta: *vivimus*. — *censeri*, weil von dem Census das Bürgerrecht abhieng.

6. *quam* ohne *ut*, vgl. 2, 15, 2, s. 4, 2, 10; 40, 4, 7; in orat. rect. s. c. 30, 17; 40, 14 u. a. — *videant*, 3, 30, 6. — *in vicem* etc., 3, 39, 8.

7. *alio* = *ad nullam aliam rem*, s. 4, 54, 7.

8. *auctores*, die gewöhnlichen Anstifter von Unruhen, s. 4, 2, 4; 2, 23, 8; 24, 25, 9, lassen es an sich nicht fehlen.

9. *frustra* etc., wie c. 17, 13: *differrent*. — *moesta pl.* wiederholt des Nachdrucks und der Deutlichkeit wegen den Begriff von *plebis dolor*.

10. *relicti a p. p.*, es sind nicht mehr wie früher Clienten, welche die Patricier unterstützen, s. 2, 64, 2; Becker 2, 1, 160, sondern nur die Ritter und die erste Classe scheinen gewählt zu haben, 4, 60, 7; Marquardt 2, 3, 133. — *per infreq.*, während, ungeachtet, vgl. 5, 2, 5; 2, 23, 12. — *Fabius*, c. 11. *Quinctius*, c. 9. *Popilium*, er war wahrscheinlich der rechtmässig gewählte, für den aber der interrex keine Stimmen hat gelten lassen.

19. 1. *ad dedit.* ist zu stark ausgedrückt, es ist, worauf auch

que oppida eandem fortunam habuissent, ni universa gens
2 positis armis in fidem consulis venisset. triumphatum de Tiburtibus, alioquin mitis victoria fuit. in Tarquinienses acerbe saevitum: multis mortalibus in acie caesis ex ingenti captivorum numero trecenti quinquaginta octo delecti, nobilissimus quisque, qui Romam mitterentur; volgus aliud tru-
3 cidatum. nec populus in eos qui missi Romam erant mitior fuit: medio in foro omnes virgis caesi ac securi percussi. id pro immolatis in foro Tarquiniensium Romanis poenae
4 hostibus redditum. res bello bene gestae, ut Samnites quoque amicitiam peterent, effecerunt. legatis eorum comiter ab senatu responsum, foedere in societatem accepti. —
5 Non eadem domi quae militiae fortuna erat plebi Romanae. nam etsi unciario fenore facto levata usura erat, sorte ipsa obruebantur inopes nexumque inibant: eo nec patricios ambo consules neque comitiorum curam publicave studia prae pri-
6 vatis incommodis plebs ad animum admittebat. consulatus uterque apud patricios manet: consules creati C. Sulpicius Peticus quartum M. Valerius Publicola iterum.

In bellum Etruscum intentam civitatem, quia Caeritem

§ 2: *alioquin* etc. hinweist, wol nur der Friede hergestellt worden, da Tibur bald darauf ebenso selbständig erscheint als früher. Nach Diod. 16, 45 wird der Friede mit Praeneste geschlossen, welches also auch den Krieg fortgeführt hat, s. c. 12, 8. — *Sassula*, etwas weiter östlich als Empulum. — *ceteraque*, sie sind nicht bekannt. — *consulis*, nach den Fasten triumphirt Fabius. — *gens*, c. 9: *populus*.

2. *alioquin*, übrigens, ungeachtet der deditio und des Triumphes. Der Satz bildet zugleich den Uebergang zum Folg.: *saevitum*. — *aliud*, 4, 41, 8.

3. *medio in f.*, gewöhnlich *in med. f.* — *pro im.*, c. 15, 10.

4. *Samnites*, s. 4, 44, 12; ib. 52, 6, sie sind jetzt bis an den Liris, der römischen Grenze näher gerückt. — *ab sen.*, s. 4, 30, 1. — *foedere*, ein foedus aequum, s. 34, 57, 9, in dem gegenseitig freundliche (*amicitia*, 6, 2, 4) und gesetzliche Verhältnisse für die Bürger beider Staaten festgesetzt, aber auch die Grenzen für Kriegführung, Eroberung, Schifffahrt u. a. bestimmt wurden, s. 8, 1, 8.

5. *unciario* etc., s. c. 16, 1: obgleich durch die Herabsetzung des Zinsfusses die Zahlung der Interessen erleichtert war, so war doch das Capital so gross, dass sie es nicht in der ausbedungenen Frist zurückzahlen konnten, und sich so wegen Insolvenz in Schuldknechtschaft (*nexum* von *nexus* der Act des Nectirens) abführen lassen, s. 6, 14; 2, 23 ff. — *ambo cons.*, der Umstand, dass alle beide u. s. w. Dagegen sogleich *uterque* jedes für sich, einzeln genommen. — *publicave*, durch *ve* kann in negativen und Fragesätzen ein allgemeinerer Begriff angefügt werden: oder überhaupt, s. 23, 7, 1; 29, 14, 7.

6. *consules*, dieselben wie c. 18. — *Caeritem*, bis jetzt scheint das Rom so nahe Caere mit demselben in friedlichem Verhältnisse gestun-

populum misericordia consanguinitatis Tarquiniensibus adiunctum fama ferebat, legati Latini ad Vulscos convertere, nuntiantes exercitum conscriptum armatumque iam suis finibus inminere, inde populabundos in agrum Romanum venturos esse. censuit igitur senatus neutram neglegendam rem esse, 7 utroque legiones scribi consulesque sortiri provincias iussit. inclinavit deinde pars maior curae in Etruscum bellum, post- 8 quam litteris Sulpicii consulis, cui Tarquinii provincia evenerat, cognitum est depopulatum agrum circa Romanas salinas praedaeque partem in Caeritum fines avectam, et haud dubie iuventutem eius populi inter praedatores fuisse. itaque 9 Valerium consulem, Vulscis oppositum castraque ad finem Tusculanum habentem, revocatum inde senatus dictatorem dicere iussit. T. Manlium L. filium dixit. is cum sibi magi- 10 strum equitum A. Cornelium Cossum dixisset, consulari exercitu contentus ex auctoritate patrum ac populi iussu Caeritibus bellum indixit. Tum primum Caerites, tamquam in **20** verbis hostium vis maior ad bellum significandum quam in suis factis, qui per populationem Romanos lacessierant, esset, verus belli terror invasit; et quam non suarum virium ea dimicatio esset, cernebant, paenitebatque populationis, et 2 Tarquinienses exsecrabantur defectionis auctores. nec arma aut bellum quisquam apparare, sed pro se quisque legatos mitti iubebat ad petendam erroris veniam. legati senatum 3 cum adissent, ab senatu reiecti ad populum deos rogaverunt, quorum sacra bello Gallico accepta rite procurassent, ut Ro-

den, s. 5, 50, und erst bei den glücklichen Unternehmungen der übrigen Etrusker an diese sich angeschlossen zu haben, s. 2, 6, 1. Dass sie noch nicht römische Bürger gewesen sind, geht daraus hervor, dass sie als selbständiges Volk auftreten, s. § 10; c. 20, 2; 8; Becker 2, 1, 95. — *Vulscos*, die seit 6, 33 sich ruhig verhalten haben. — *inde pop.* etc., wahrscheinlich forderten sie nur die nach dem Bunde ihnen zu leistende Hülfe, s. c. 12, 7.

8. *ad sal.*, wie c. 17, 6. Die eben erzählte Niederlage war also vergrössert.

9. *ad fin. Tusc.*, um Latium zu schützen. — *T. Manlium*, L. hält ihn für den c. 5; 10 erwähnten, obgleich dieser noch nicht Consul gewesen ist, s. 8, 12; Becker 2, 2, 155.

10. *indixit*, durch die Fetialen.

20. 1. *verbis*, der Kriegserklärung. — *quam non*, 5, 9, 5.

2. *legatos*, c. 19, 6. — *erroris*, s. 3, 12, 8.

3. *reiecti*, s. 5, 36, 10, weil sonst in dieser Zeit der Senat allein über Frieden und Bündnisse entscheidet. Hier handelte es sich jedoch darum einen Beschluss des Volkes aufzuheben, was von dem Senate nicht einseitig geschehen konnte, s. Marquardt 2, 3, 172. — *rite proc.*, durch ihre Aufnahme den regelmässigen Cultus möglich

manos florentes ea sui misericordia caperet, quae se rebus 4 adfectis quondam populi Romani cepisset; conversique ad delubra Vestae hospitium flaminum Vestaliumque ab se caste 5 ac religiose cultum invocabant: eane meritos crederet quisquam hostes repente sine causa factos, aut, si quid hostiliter fecissent, consilio id magis quam furore lapsos fecisse, ut sua vetera beneficia, locata praesertim apud tam gratos, novis conrumperent maleficiis, florentemque populum Romanum ac felicissimum bello sibi desumerent hostem, cuius adflicti amicitiam petissent? ne appellarent consilium, quae vis ac 6 necessitas appellanda esset. transeuntis agmine infesto per agrum suum Tarquinienses, cum praeter viam nihil petissent, traxisse quosdam agrestium populationis eius, quae sibi 7 crimini detur, comites. eos seu dedi placeat, dedere se paratos esse, seu supplicio adfici, daturos poenas. Caere, sacrarium populi Romani, deversorium sacerdotum ac receptaculum Romanorum sacrorum, intactum inviolatumque crimine 8 belli hospitio Vestalium cultisque diis darent. movit populum non tam causa praesens quam vetus meritum, ut maleficii quam beneficii potius inmemores essent. itaque pax populo Caeriti data, indutiasque in centum annos factas in 9 senatus consultum referri placuit. in Faliscos eodem noxios crimine vis belli conversa est, sed hostes nusquam inventi. cum populatione peragrati fines essent, ab oppugnatione urbium temperatum; legionibusque Romam reductis relicum anni

gemacht hätten, wie § 4 *ab se caste* etc. — *caperet,* sie möchten geben, bewirken, dass.

4. *delubra,* der Tempel der V., das atrium regium, s. Becker 1, 289. — *hospitium,* 5, 40, 10.

5. *crederet,* in orat. recta *credat,* daher nicht *credere.*

7. *dedere,* damit sie in Rom gestraft würden, 1, 14, 1. — *sive —sive,* jedes mit einem besonderen Nachsatze, wenn die Entscheidung über zwei Fälle mit ihren Folgen frei gelassen wird, findet sich nicht häufig, s. Cic. Phil. 14, 5, 13; p. Mil. 23, 63.

8. *movit pop.* Das Volk fasst den Beschluss den Bitten der Caeriten Gehör zu geben, und ermächtigt den Senat zum Abschliessen des Friedens, daher *in senatus consultum* etc., welches auch jetzt, s. § 3, als die Grundlage des Friedens betrachtet wird. — *pax data.* Die Bedingnngen hat L. übergangen, s. Cassius Dio CXLII: Ἀγύλλαιοι (s. 1, 13) εἰρήνης ἐπὶ τῷ ἡμίσει τῆς χώρας ἔτυχον. Wahrscheinlich erhielten sie damals auch die *civitas sine suffragio*, s. 8, 14, 2; 10; behielten aber ihr besonderes Gemeindewesen, s. 28, 45, 15, wo sie als eins der *populi Etruriae* erwähnt werden; Marquardt 3, 1, 9; wesshalb die Verzeichnisse der Bürger ohne Stimmrecht *tabulae Caeritum* genannt wurden, s. Becker 2, 1, 183. 193; 2, 3, 41. — *indutias* etc., s. 1, 16, 5.

muris turribusque reficiendis consumptum, et aedis Apollinis dedicata est.

Extremo anno comitia consularia certamen patrum ac **21** plebis diremit, tribunis negantibus passuros comitia haberi, ni secundum Liciniam legem haberentur, dictatore obstinato tollere potius totum e re publica consulatum quam promiscum patribus ac plebi facere. prolatandis igitur comitiis 2 cum dictator magistratu abisset, res ad interregnum rediit. infestam inde patribus plebem interreges cum accepissent, ad undecimum interregem seditionibus certatum est. legis Li- 3 ciniae patrocinium tribuni iactabant; propior dolor plebi fenoris ingravescentis erat, curaeque privatae in certaminibus publicis erumpebant. quorum taedio patres L. Cornelium 4 Scipionem interregem concordiae causa observare legem Liciniam comitiis consularibus iussere. P. Valerio Publicolae datus e plebe collega C. Marcius Rutilus. inclinatis semel 5 in concordiam animis novi consules fenebrem quoque rem,

9. *muris turr.*, vielleicht wegen der Einfälle der Etrusker, s. c. 17; 19, und Tiburtiner, c. 11, bis in die Nähe der Stadt, vgl. 6, 32, 1. — *aedis Ap. ded.*, s. 4, 29, 7; wahrscheinlich war der Tempel im Gallischen Kriege zerstört worden, s. Becker 1, 605.

21—22. Streitigkeiten um das Consulat und die Censur. Schuldentilgung.

1. *diremit*, s. 1, 36, 7; 3, 20, 6. Die Tribunen intercedirten gegen die Abhaltung derselben, oder hinderten die Vollendung der Wahl, Marquardt 2, 3, 109; 113. — *ni*, 1, 22, 6. — *dictatore* etc., s. c. 3, 9. Die Tribunen widersetzen sich ihm, weil er offenbar gegen das Gesetz handeln will, 8, 35, 1.

2. *prolatandis*, wie sonst *proferre, differre comitia*, s. c. 17, 13: während die Comitien, weil sie nicht beendigt werden konnten, immer von neuem aufgeschoben wurden, s. 4, 29, 3; Naegelsb. Stil. 100. — *undecimum*, c. 17, 11. — *seditionibus*, die Intercession, c. 21, 1; 22, 7.

3. *legis* etc., concessiv. — *propior* etc.: berührte die Plebs mehr, lag ihr näher. — *fenoris ingr.*, nicht Wucher, sondern wie c. 19, 5: *sorte ipsa:* die immer mehr drückende Schuldenlast, mit Rücksicht darauf, dass die Capitale auf Zinsen ausgeliehen werden. Wahrscheinlich war zur Herstellung der Mauern ein tributum gefordert worden. — *in* — *erumpebant*, sie brachen während des Streites um die politischen Rechte hervor.

4. *concordiae c.*, man wollte es nicht zum Aeussersten kommen lassen, wie 2, 31 f. — *observare*, es hängt also von dem vorsitzenden Magistrate ab, wen er zur Wahl zulassen will, doch ist dieser von dem Senate abhängig: *patres* — *iussere*, wahrscheinlich so, dass derselbe erklärt, es sollten die Gewählten bestätigt, oder auf deren Bestätigung bei den Curien angetragen werden, s. 4, 6, 8; 6, 42, 10; 14. — *datus*, c. 1, 2. — *Marcius*, c. 16. 17.

5. *novi consules* etc., beide Consuln sind volksfreundlich gesinnt.

quae distinere una animos videbatur, levare adgressi solutionem alieni aeris in publicam curam verterunt quinqueviris creatis, quos mensarios ab dispensatione pecuniae appella-
6 runt. meriti aequitate curaque sunt, ut per omnium annalium monumenta celebres nominibus essent. fuere autem C. Duellius P. Decius Mus M. Papirius Q. Publilius et T. Aemi-
7 lius; qui rem difficillimam tractatu et plerumque parti utrique, semper certe alteri gravem cum alia moderatione tum
8 inpendio magis publico quam iactura sustinuerunt. tarda enim nomina et inpeditiora inertia debitorum quam facultatibus aut aerarium mensis cum aere in foro positis dissolvit, ut populo prius caveretur, aut aestimatio aequis rerum pretiis liberavit, ut non modo sine iniuria sed etiam sine querimoniis partis utriusque exhausta vis ingens aeris alieni sit.
9 Terror inde vanus belli Etrusci, cum coniurasse duode-

— *una an.*, vergl. 2, 48, 1. — *mensarios,* eine Commission von 5 Männern, welche eine Staatsbank eröffnen, nicht zu verwecheln sind diese *quinqueviri mensarii*, vgl. 23, 21, 6; 24, 18, 12; 26, 36, 11, ausserordentliche Magistrate zur Ordnung des Schuldenwesens oder für andere Zwecke, gewöhnlich angesehene Männer, mit den ständigen Geldwechslern für öffentliche und Privatzwecke in der späteren Zeit, *mensarii, argentarii*, s. 9, 40, 16; Marquardt 3, 2, 54. — *dispens. pec.,* Besorgung der Geldangelegenheit.

6. *omnium an.*, der ihm bekannten, s. Einleit. S. 23. — *celebres* wird vor L. nicht von Personen gebraucht, und auch dieser scheint hier mehr *celebria nomina essent* gedacht zu haben; 26, 27, 16 steht *celeberrimis viris* nicht sicher. — *et T. Aem.*, 4, 42, 1. Es sind 2 Patricier 3 Plebejer.

7. *alteri,* 1, 13, 3. — *tum inpendio*, sie verwalteten die Sache so, dass der Staat wol einen Aufwand zu machen, aber keinen Verlust hatte.

8. *nomina*, Schuldposten, die nicht rechtzeitig zurückgezahlt werden, und Schwierigkeiten machen mehr wegen der Nachlässigkeit der Schuldner als der Ueberschuldung. — *aerarium*, dieses zahlt, nachdem auf dem Forum Tische mit Geld aufgestellt sind, eine Bank eröffnet ist, die Schuldposten baar aus (*dissolvit*). — *ut p.* = *ita tamen ut,* so dass dem Staate für das ohne Zinsen vorgeschossene Geld Sicherheit geleistet wurde durch Bürgen (praedes) oder Grundstücke. — *aestimatio,* der Schuldner musste, wenn er nicht der Strenge des Schuldrechtes verfallen, addicirt oder nectirt werden wollte, dem Gläubiger Sachen abtreten nach einem von der Commission festgesetzten billigen Preise, dieser sie an Zahlungsstatt annehmen. Wie vorher *aerarium* statt *mensarii ex aerario* steht, so hier *aestimatio* st. *aequis pretiis aestimatione a mensariis constitutis.* — *liberavit*, auch hierzu ist Object *nomina,* durch die aestimatio werden die Schuldposten losgelöst, abgewikkelt, wie *expedire,* obgleich L. wol mehr an die Schuldner denkt, die von ihrer Last oder Fessel befreit werden, s. Cic. Rep. 2, 34: *nexa liberata.*

9. *duodecim*, 5, 33, 9. — *dictatorem,* das Folg. zeigt, dass er, wie c. 22, 10, mehr der Comitien

cim populos fama esset, dictatorem dici coegit: dictus in castris — eo enim ad consules missum senatus consultum est — C. Iulius, cui magister equitum adiectus L. Aemilius. ceterum foris tranquilla omnia fuere. Temptatum domi per **22** dictatorem, ut ambo patricii consules crearentur, rem ad interregnum perduxit. duo interreges C. Sulpicius et M. Fa- 2 bius interpositi obtinuere, quod dictator frustra tetenderat, mitiore iam plebe ob recens meritum levati aeris alieni, ut ambo patricii consules crearentur. creati ipse C. Sulpicius 3 Peticus, qui prior interregno abiit, et T. Quinctius Pennus — quidam Caesonem alii Gaium nomen Quinctio adiciunt. ad bellum ambo profecti, Faliscum Quinctius, Sulpicius Tar- 4 quiniense, nusquam acie congresso hoste cum agris magis quam cum hominibus urendo populandoque gesserunt bella; cuius lentae velut tabis senio victa utriusque pertinacia po- 5 puli est, ut primum a consulibus, dein permissu eorum ab senatu indutias peterent. in quadraginta annos impetraverunt. ita posita duorum bellorum quae inminebant cura, dum 6 aliqua ab armis quies esset, quia solutio aeris alieni multarum rerum mutaverat dominos, censum agi placuit. ceterum 7 cum censoribus creandis indicta comitia essent, professus censuram se petere C. Marcius Rutilus, qui primus dictator

wegen gewählt wird, denn wenn die Consuln diese hielten, konnte leicht der plebejische durch das Loos dazu gelangen und dann auch für Plebejer Stimmen annehmen, s. c. 21, 4. — *eo enim* etc., das erste Beispiel, dass das Senatsconsult über den zu ernennden Dictator in das Lager geschickt wird, während die Ernennung sonst in Rom erfolgt. — *adiectus,* s. c. 12, 9; 22, 11: *additus,* vgl. c. 19, 10.

22. 1. *Temptatum,* s. c. 8, 5. — *ad interr.,* die Consuln sind wol schon abgegangen, und die Tribunen haben wie c. 21, 1 Einsprache gethan.

2. *interpositi,* zwischen die ordentlichen Magistrate. — *mitiore,* in Bezug auf die 11 Interregen c. 21, 2. Der Grund selbst hätte, wenn er richtig wäre, schon bei dem Versuche des Dictators eintreten können. — *ut — crearentur* ist eine unbeabsichtigte Wiederholung von § 1, oder einem Irrthum der Abschreiber zuzuschreiben.

3. *Sulpicius,* c. 19, 6. *Quinctius,* c. 18; 9. — *Gaium nomen,* s. 1, 2, 11. Auch Diod. 16, 53 nennt ihn *Gaius.* — *populandoque, populari* wird oft von L. absolut gebraucht.

5. *tabis senio,* über die doppelte Metapher s. Naegelsbach Stil. S. 375; vgl. 5, 43, 7. — *ab senatu,* s. c. 20, 3. Der Krieg hat 8 Jahre gedauert, s. c. 12.

6. *multarum rerum* etc., s. c. 21, 8.

7. *professus,* während des trinundinum, in welchem die Wahlcomitien angesagt waren, konnten die Candidaten sich dem Volke vorstellen, und ihre Absicht sich zu bewerben erklären. — *dictator,* c. 17.

8 de plebe fuerat, concordiam ordinum turbavit. quod videbatur quidem tempore alieno fecisse, quia ambo tum forte patricii consules erant, qui rationem eius se habituros negabant; 9 sed et ipse constantia inceptum obtinuit, et tribuni omni vi, reciperaturi ius consularibus comitiis amissum, adiuverunt; et cum ipsius viri maiestas nullius honoris fastigium non aequabat, tum per eundem, qui ad dictaturam aperuisset viam, censuram quoque in partem vocari plebes volebat. 10 nec variatum comitiis est, quin cum Manlio Gneo censor Marcius crearetur.

Dictatorem quoque hic annus habuit M. Fabium nullo terrore belli, sed ne Licinia lex comitiis consularibus obser- 11 varetur. magister equitum dictatori additus Q. Servilius. nec tamen dictatura potentiorem eum consensum patrum **23** consularibus comitiis fecit quam censoris fuerat. M. Popilius Laenas a plebe consul, a patribus L. Cornelius Scipio datus. fortuna quoque inlustriorem plebeium consulem fecit: 2 nam cum ingentem Gallorum exercitum in agro Latino castra posuisse nuntiatum esset, Scipione gravi morbo inplicito 3 Gallicum bellum Popilio extra ordinem datum. is inpigre exercitu scripto, cum omnis extra portam Capenam ad Martis aedem convenire armatos iuniores iussisset, signaque eodem quaestores ex aerario deferre, quattuor expletis legionibus quod superfuit militum P. Valerio Publicolae praetori tradi- 4 dit, auctor patribus scribendi alterius exercitus, quod ad in-

8. *rationem* etc., s. c. 21, 4; Becker 2, 2, 58.

9. *adiuverunt,* wahrscheinlich indem sie mit Einsprache drohen, wenn für Marcius keine Stimmen angenommen werden. — *in p. voc.*, was bisher nur einem Anderen gehört hat, zum Theil für sich in Anspruch nehmen, vgl. 6, 40, 18.

10. *nec variatum,* die Stimmen zersplitterten sich nicht, s. 1, 43, 11: er wurde einstimmig gewählt. — *quin,* 1, 42, 2. — *Manlio Cn.,* s. 1, 56, 11. Ueber Manlius s. c. 16; Marcius c. 17.

11. *consensum p.*, indem der Senat ihn unterstützte und die Nichtbeachtung des Licinischen Gesetzes beabsichtigte, s. c. 21, 1; 22, 1. — *censoris* = *censoriis.*

23—26. Kriege gegen die Gallier und Griechen; Latium abtrünnig; Polyb. 2, 18; Gell. 9, 11; Zon. 7, 25; App. Celt. 10.

1. *Popilius,* s. c. 16; 17. — *a pl. datus*, wie c. 1, 2: *plebs dedit.*, oder: von Seiten der Plebs. — *quoque* worauf zu beziehen?

2. *Gallorum*, s. c. 12. — *Latino*, die Römer sind den Lat. zu Hülfe verpflichtet. — *extra ord.*, 3, 2, 2.

3. *omnis,* s. c. 11, 5. — *signaque,* 4, 22, 1.

4. *auctor patr.*, er trug im Senate darauf an. Ueber die Construct. s. 9, 20, 7: *pacis — praestandae populo Rom. auctores;* 23, 41, 1: *auctor rebellionis Sardis.* — *alterius*, welches nur aus

certos belli eventus subsidium rei publicae esset. ipse iam 5
satis omnibus instructis conparatisque ad hostem pergit; cuius ut prius nosceret vires quam periculo ultimo temptaret, in tumulo, quem proximum castris Gallorum capere potuit, vallum ducere coepit. gens ferox et ingenii avidi ad pugnam 6
cum procul visis Romanorum signis, ut extemplo proelium initura, explicuisset aciem, postquam neque in aequum demitti agmen vidit, et cum loci altitudine tum vallo etiam integi Romanos, perculsos pavore rata simul opportuniores, quod intenti tum maxime operi essent, truci clamore adgreditur. ab Romanis nec opus intermissum — triarii erant 7
qui muniebant —, et ab hastatis principibusque, qui pro munitoribus intenti armatique steterant, proelium initum. praeter virtutem locus quoque superior adiuvit, ut pila omnia 8
hastaeque non tamquam ex aequo missa vana, quod plerumque fit, caderent, sed omnia librata ponderibus figerentur; oneratique telis Galli, quibus aut corpora transfixa aut prae- 9
gravata inhaerentibus gerebant scuta, cum cursu paene in adversum subissent, primo incerti restitere; dein cum ipsa 10
cunctatio et his animos minuisset et auxisset hosti, inpulsi retro ruere alii super alios, stragemque inter se caede ipsa foediorem dare: adeo praecipiti turba obtriti plures quam ferro necati. Necdum certa Romanis victoria erat; alia in **24**
campum degressis supererat moles: namque multitudo Gal- 2

seniores bestanden haben könnte, und von dem Prätor hätte ausgehoben werden müssen, s. 33, 43, 7. — *quod,* Zumpt § 372.

6. *avidi ad,* s. 4, 54, 4; 22, 21, 2: *avida in novas res.* Ueber die Verbindung *cum — postquam* s. 8, 27, 2; 22, 14, 1: *ut — postquam;* 25, 15, 15: *cum — ubi.*

7. *triarii,* die auch sonst das Hintertreffen bilden und das Lager decken, s. 2, 47, 5. — *steterant,* die bis dahin unter den Waffen gestanden hatten, s. 8, 32, 12.

8. *pila h.,* vgl. 9, 19, 7: *pilum haud paulo quam hasta vehementius ictu missuque telum,* 8, 8, 6; 7, 10, vielleicht wird die *hasta,* s. 1, 43, 2, den hastatis, das *pilum* den principes beigelegt. Dieses war ein 2¾ Zoll dicker, etwa 6 Fuss 4 Zoll langer Spiess zur Hälfte aus Eisen mit einer oben gestählten Spitze; s. 2, 30; 46. — *vana* etc., also die Entscheidung wird nur durch den Nahekampf herbeigeführt. — *librata p.,* s. 30, 10, 13: *gravior ac pondere ipso libratior superne — ictus erat.*

9. *gerebant,* obgleich zunächst mit *scuta* verbunden, kann sich auch auf *corpora* beziehen, Virg. 12, 472; vgl. 10, 29, 6: *quibus (pilis) plerisque in scuta verrutisque in corpora ipsa fixis sternitur cuneus.*

10. *alii s. a.,* s. 6, 10, 8, hat hier locale Bedeutung, wo *super* mit seinem Casus gewöhnlicher voransteht, wie a. u. St. 24, 39, 5. — *stragem — dare,* 8, 30, 6: *late stragem dederunt,* u. ä.

24. 2. *multitudo — exoriente,* s. 1, 28, 10. — *ciebat* auf die

lorum sensum omnem talis damni exsuperans velut nova rursus exoriente acie integrum militem adversus victorem ho-
3 stem ciebat. stetitque suppresso impetu Romanus, et quia iterum fessis subeunda dimicatio erat, et quod consul, dum inter primores incautus agitat, laevo humero matari prope
4 traiecto cesserat parumper ex acie. iamque omissa cunctando victoria erat, cum consul vulnere alligato revectus ad prima signa „quid stas, miles?“ inquit: „non cum Latino Sabinoque hoste res est, quem victum armis socium ex hoste
5 facias: in beluas strinximus ferrum; hauriendus aut dandus est sanguis. propulistis a castris, supina valle praecipites egistis, stratis corporibus hostium superstatis: conplete eadem
6 strage campos, qua montis replestis. nolite expectare, dum stantes vos fugiant: inferenda sunt signa, et vadendum in
7 hostem.“ his adhortationibus iterum coorti pellunt loco primos manipulos Gallorum, cuneis deinde in medium agmen
8 perrumpunt. inde barbari dissipati, quibus nec certa imperia nec duces essent, vertunt impetum in suos; fusique per campos et praeter castra etiam sua fuga praelati, quod editissimum inter aequales tumulos occurrebat oculis, arcem

multitudo bezogen, die nur den Grund enthält.

3. *matari,* Nonius Marc. p. 556: *materae tela gravia bellica.* Sisenna Hist. lib. III: *Galli materibus, Hispani lanceis configunt.* Auch Strabo 4, 4, 196 braucht *μάταρις.* Auct. ad Her. 4, 32: *materis.*

4. *alligato,* Cic. Tusc. 2, 17, 39: *abducet Patrocles —ut vulnus obliget,* dann: *quiesce igitur et vulnus alliga,* dieses ist das weniger gewöhnliche.

5. *hauriendus,* 9, 1, 9. — *supina v.,* 6, 24, 3.

17 deinceps consulatus colo atque colui. nunc quod instat, diis bene iuvantibus novum atque integrum de Samnitibus trium-
33 phum mecum petite." Non alias militi familiarior dux fuit omnia inter infimos militum haud gravate munia obeundo.
2 in ludo praeterea militari, cum velocitatis viriumque inter se aequales certamina ineunt, comiter facilis, vincere ac vinci vultu eodem, nec quemquam aspernari parem qui se offerret;
3 factis benignus pro re, dictis haud minus libertatis alienae quam suae dignitatis memor; et, quo nihil popularius est,
4 quibus artibus petierat magistratus, isdem gerebat. itaque universus exercitus incredibili alacritate adhortationem pro-
5 secutus ducis castris egreditur. proelium, ut quod maxime

11. — *summa q.*, das Consulat.

15. *non*, s. 5, 51, 1; 3, 9, 10. — *Corvini*, obgleich der Zuname *Corvus* war, findet sich doch auch diese abgeleitete Form nicht selten, s. Dion. 15, 2; Gell. 9, 11; Val. Max. 3, 2, 6 u. a., vgl. 5, 1, 2 *Mamercus*.

16. *tribunus* u. *militum*, s. c. 5, 9. — *deinceps*, attributiv. — *colo a. c.*, das Präsens bezeichnet das *colere* als charakteristischen Zug, das Perfect giebt dazu eine Bestätigung aus der Vergangenheit, es ist also kein hysteron proteron.

17. *novum*, weil der Feind neu ist. — *integrum*, wie er noch von Niemand erlangt ist.

33. 1. *non alias*, fast gleich *numquam*, s. 45, 7, 2: *non alias — tanta multitudo occurrit*, s. 3, 69, 1. — *munia*, Lager- und Wachdienste u. s. w.

2. *ludo* sind wol zum Vergnügen angestellte Uebungen und Wettkämpfe, verschieden von den eigentlichen Exercirübungen, decursio, ambulatio u. a., vgl. Plin. Paneg. 13 von Traian: *quid apud milites, quam admirationem, quemadmodum comparasti? — cum in illa meditatione campestri militaribus turmis imperatorium pulverem sudoremque misceres, — cum libero Marte nunc cominus tela vibrares nunc vibrata susciperes, alacer virtute militum et laetus, quoties cassidi tuae aut clypeo gravior ictus incideret. — comiter*, herablassend; *facilis*, so dass er nichts vor anderen voraushaben wollte. Ueber die Zusammenstellung s. 4, 41, 1. — *parem*, einen Gegner.

3. *factis b. p. re*, in den Handlungen gütig, mittheilend nach Massgabe der Umstände oder Mittel, Caes. 5, 8; Sall. I. 50. — *quibus* etc. Sall. I. 85, 1: *scio ego plerosque non isdem artibus imperium — petere, et postquam adepti sunt, gerere.*

4. *prosecutus* schliesst sich an c. 32, 17 an.

5. *ut quod m.*, 5, 25, 9; 23, 49, 12. — *aequis vir.*, s. dagegen c. 32, 6 f.

umquam, pari spe utrimque aequis viribus, cum fiducia sui sine contemptu hostium commissum est. Samnitibus fero- 6 ciam augebant novae res gestae et paucos ante dies geminata victoria, Romanis contra quadringentorum annorum decora et conditae urbi aequalis victoria: utrisque tamen novus ho- 7 stis curam addebat. pugna indicio fuit, quos gesserint animos: namque ita conflixerunt, ut aliquamdiu in neutram partem inclinarent acies. tum consul trepidationem iniciendam 8 ratus, quando vi pelli non poterant, equitibus inmissis turbare prima signa hostium conatur. quos ubi nequiquam tu- 9 multuantes in spatio exiguo volvere turmas vidit, nec posse aperire in hostes viam, revectus ad antesignanos legionum cum desiluisset ex equo, „nostrum“ inquit „peditum illud, 10 milites, est opus: agitedum, ut me videritis, quacumque incessero in aciem hostium, ferro viam facientem, sic pro se quisque obvios sternite: illa omnia, qua nunc erectae micant hastae, patefacta strage vasta cernetis.“ haec dicta de- 11 derat, cum equites consulis iussu discurrunt in cornua, legionibusque in mediam aciem aperiunt viam. primus omnium consul invadit hostem, et cum quo forte contulit gradum, obtruncat. hoc spectaculo accensi dextra laevaque ante se 12 quisque memorandum proelium ciet. stant obnixi Samnites, quamquam plura accipiunt quam inferunt vulnera. aliquam- 13 diu iam pugnatum erat, atrox caedes circa signa Samnitium,

6. *paucos a. d.*, s. 3, 13, 1, ist nicht zu urgiren, da die Verhandlungen mit Capua, die Gesandtschaft c. 31, 8, die rerum repetitio c. 32, 1, auf welche die Kriegserklärung erst in 33 Tagen erfolgte, der Marsch nach Capua längere Zeit in Anspruch nahm, vgl. c. 31, 12.

7. *aliquamdiu* etc. Das Fussvolk beginnt also den Kampf, dann folgt der Angriff der Reiterei, die bei den Samniten a. u. St. nicht erwähnt ist, darauf rückt wieder das Fussvolk vor, s. 3, 61; 70; 6, 32, 7 u. a. — *prima signa*, die ersten Reihen, die antesignani, 4, 37, 11.

9. *spatio ex.*, zwischen beiden Heeren. — *tumultuantem—volvere*, mit leerem Getümmel sich herumtreiben. — *revectus*, er hat selbst den Reiterangriff geleitet.

10. *nostrum—ped.*, c. 40, 9. — *omnia*, wegen *illa* in räumlicher Bedeutung zu nehmen: der ganze Raum wo, s. 5, 47, 2; 10, 5, 6: *intervalla — qua;* 21, 48, 5: *vada, qua.* — *erectae m. h.* sollte man nicht erwarten, da sie noch mit den Reitern im Kampfe sind.

11. *dicta d.*, 3, 61, 7. — *consulis*, nachdrücklicher statt *eius.* — *iussu*, den er nicht in Person ertheilt zu haben scheint, s. 1, 27, 7. — *cornua*, wahrscheinlich der Römer, sonst ziehen sich die Reiter auch durch Oeffnungen in den Reihen des Fussvolks zurück. — *cum quo*, s. 1, 1, 3: *Troia.* — *conl. grad.*, wie *pedem conferre*, s. 6, 12, 10 u. a. Tacit. Hist. 2, 42: *in aggere viae collato gradu corporibus et umbonibus niti.*

12. *circa s.*, wie 8, 11, 7: *et ante signa et post signa.* — *nul-*

fuga ab nulladum parte erat: adeo morte sola vinci destina-
14 verant animis. itaque Romani, cum et fluere iam lassitudine vires sentirent et diei haud multum superesse, accensi ira
15 concitant se in hostem. tum primum referri pedem atque inclinari rem in fugam apparuit; tum capi, occidi Samnis; nec superfuissent multi, ni nox victoriam magis quam proe-
16 lium diremisset. et Romani fatebantur numquam cum pertinaciore hoste conflictum, et Samnites, cum quaereretur, quaenam prima causa tam obstinatos movisset in fugam,
17 oculos sibi Romanorum ardere visos aiebant vesanosque vultus et furentia ora: inde plus quam ex alia ulla re terroris ortum: quem terrorem non pugnae solum eventu sed nocturna
18 profectione confessi sunt. postero die vacuis hostium castris Romanus potitur, quo se omnis Campanorum multitudo gratulabunda effudit.

34 Ceterum hoc gaudium magna prope clade in Samnio foedatum est. nam ab Saticula profectus Cornelius consul exercitum incaute in saltum cava valle pervium circaque in-
2 sessum ab hoste induxit, nec prius quam recipi tuto signa
3 non poterant, inminentem capiti hostem vidit. dum id morae Samnitibus est, quoad totum in vallem infimam demitteret agmen, P. Decius tribunus militum conspicit unum editum in saltu collem, inminentem hostium castris, aditu

ladum, 3, 50, 16. — *destin. an.,* sie waren fest entschlossen, mit dem Infinitiv, wie 43, 7, 3; mit dem acc. c. inf. 24, 2, 1.

14. *fluere,* c. 29, 5. — *accensi ira,* über den langen Widerstand, und weil sie den Kampf vor dem Einbruch der Nacht vollenden wollen.

17. *vultus — ora* n. *esse,* s. Doederlein Synonyme 5, 87. Flor. 1, 16, 12 versetzt diesen Zug in die Zeit nach dem Caudinischen Unglück.

18. *quo se* setzt voraus, dass die Schlacht nahe bei Capua vorfiel, also c. 32, 2 nicht der Gaurus bei Nuceria gemeint sein kann, s. Nieb. 1, 429.

34—38, 5. Decius Mus; die Schlacht bei Suessula und deren Folgen.

1. *ab Saticula,* s. c. 32, 2, das Heer scheint nach Beneventum zu in Samnium eingerückt und in der Nähe der Caudinischen Pässe eingeschlossen worden zu sein. Die Oertlichkeit und Stellung der Heere ist nicht ganz klar., da es L. nur darauf ankommt die Grossthat des Decius zu schildern. — *saltum,* wahrscheinlich am mons Tabernus. — *ab hoste,* die Samniten scheinen dieses zweite Heer (nach Nieb. ist es der Landsturm) zum Schutze der Grenze gegen Latium aufgestellt zu haben.

3. *demitteret,* der Consul, der über eine Höhe in das Thal (*infima vallis*) einrückt. — *unum,* vorangestellt, hebt den Begriff, den einen, hervorragenden, innerhalb des Gebirges. — *inminentem,* höher als der Punkt, wo die Feinde ihr Lager haben, § 4: *supra hostem;* c. 35, 6; so dass sie, wenn sie aus demselben rückten, im Rük-

arduum inpedito agmini, expeditis haud difficilem. itaque 4 consuli territo animi „videsne tu“ inquit, „A. Corneli, cacumen illud supra hostem? arx illa est spei salutisque nostrae, si eam, quoniam caeci reliquere Samnites, inpigre capimus. ne tu mihi plus quam unius legionis principes hastatosque 5 dederis; cum quibus ubi evasero in summum, perge hinc omni liber metu, teque et exercitum serva: neque enim moveri hostis subiectus nobis ad omnes ictus sine sua pernicie poterit. nos deinde aut fortuna populi Romani aut nostra 6 virtus expediet.“ conlaudatus ab consule accepto praesidio 7 vadit occultus per saltum; nec prius ab hoste est visus quam loco quem petebat adpropinquavit. inde admiratione paven- 8 tibus cunctis cum omnium in se vertisset oculos, et spatium consuli dedit ad subducendum agmen in aequiorem locum, et ipse in summo constitit vertice. Samnites, dum huc il- 9 luc signa vertunt, utriusque rei amissa occasione neque insequi consulem nisi per eandem vallem, in qua paulo ante subiectum eum telis suis habuerant, possunt nec erigere agmen in captum super se ab Decio tumulum. sed cum ira 10 in hos magis, qui fortunam gerendae rei eripuerant, tum propinquitas loci atque ipsa paucitas incitat; et nunc circum- 11 dare undique collem armatis volunt, ut a consule Decium intercludant, nunc viam patefacere, ut degressos in vallem adoriantur. incertos, quid agerent, nox oppressit. Decium 12 primum spes tenuit cum subeuntibus in adversum collem ex superiore loco se pugnaturum; deinde admiratio incessit, quod nec pugnam inirent, nec, si ab eo consilio iniquitate loci deterrerentur, opere se valloque circumdarent. tum cen- 13

ken oder von der Seite angegriffen werden konnten.

4. *arcem,* 6, 37, 10. — *capimus,* 2, 45, 13.

5. *ne — dederis,* Zumpt § 529. — *unius* etc., in der späteren Legion etwa 2400 Mann, s. 8, 8. — *subiectus a. i.,* vgl. 5, 54, 4: *expositum,* und c. 24, 4.

7. *occultus p. s.,* wie dieses habe geschehen können, da die Feinde die Höhen besetzt haben, ist nicht deutlich.

8. *admiratione pav.,* vor Staunen bebend hatten sie alle Besonnenheit verloren, Ov. Fast. 3, 362: *sollicitae mentes speque metuque pavent.* — *cunctis,* alle zusammen nicht Einzelne hier und da; *omnium,* alle keinen ausgeschlossen. — *cum — oculos* muss schon vor dem *pavere* eingetreten sein, und giebt nur genauer an, wie das Folg. habe geschehen können. — *aequiorem,* aus der *cava vallis* zurück, s. § 9: *per eandem etc.*

11. *intercludant,* dass er sich nicht wieder mit dem Consul vereinigen könne. — *viam pat.,* indem sie sich zurückziehen um ihn herabzulocken.

turionibus ad se vocatis „quaenam illa inscitia belli ac pigritia est, aut quonam modo isti ex Sidicinis Campanisque victoriam pepererunt? huc atque illuc signa moveri ac modo in unum conferri modo educi videtis: opus quidem incipit
14 nemo, cum iam circumdati vallo potuerimus esse. tum vero nos similes istorum simus, si diutius hic moremur quam commodum sit. agitedum ite mecum, et dum lucis aliquid superest, quibus locis praesidia ponant, qua pateat hinc exi-
15 tus, exploremus.“ haec omnia sagulo gregali amictus centurionibus item manipularium militum habitu ductis, ne du-
35 cem circumire hostes notarent, perlustravit. Vigiliis deinde dispositis ceteris omnibus tesseram dari iubet, ubi secundae vigiliae bucina datum signum esset, armati cum silentio ad
2 se convenirent. quo ubi, sicut edictum erat, taciti convenerunt, „hoc silentium, milites,“ inquit „omisso militari adsensu in me audiendo servandum est. ubi sententiam meam vobis peregero, tum quibus eadem placebunt in dextram partem taciti transibitis: quae pars maior erit, eo stabitur con-
3 silio. nunc, quae mente agitem, audite. non fuga delatos

13. *quaenam,* Zumpt § 772. — *inscitia*, s. c. 12, 1, bedeutet eigentlich Ungeschicklichkeit, und wird desshalb in Prosa gewöhnlich mit einem Gerundium, selten mit dem genitiv. obiectivus eines Nomen verbunden, s. Cic. Offic. 1, 40, 144: *inscitia temporis;* Tac. H. 1, 1. — *educi,* von dem durch *in unum* bezeichneten Orte, dem Lager aus; doch würde, besonders da *educere* sonst von den Truppen selbst gesagt wird, der Gegensatz deutlicher sein, wenn *diduci* gelesen würde. — *quidem*, adversativ. — *potuerimus*, ohne *cum* hiesse es *potuimus,* s. c. 32, 13.

15. *sagulo greg.*, der Kriegsmantel der Tribunen und Centurionen war, wie es scheint, der Farbe nach verschieden von dem der gemeinen Soldaten. *gregali,* wie ihn die Soldaten im Heere tragen im Gegensatze zu den Officieren in demselben; *manipularium,* der gemeinen Soldaten im Gegensatze zu den Centurionen, s. Nipperdey Tac. An. 1, 21. Statt *haec* vermuthet Dobree *hinc.*

35. 1. *tesseram,* die Holztäfelchen, auf denen die Parole stand, dienten zugleich um Befehle und Anzeigen an die einzelnen Abtheilungen gelangen zu lassen, s. c. 36, 7; 9, 32, 4. — *secundae vig.*, 2, 64, 9; Veget. 3, 8: *a tubicine omnes vigiliae committuntur et finitis horis a cornicine revocantur;* gewöhnlich wurde jedoch das Zeichen zur Ablösung der Wachen mit der *bucina*, einem hornartig gekrümmten Blasinstrumente von Erz, gegeben. — *cum sil.*, 3, 72, 1; nämlich: beim Kommen; das Blasen mit der bucina konnte den Feinden, die als bekannt mit dem römischen Kriegswesen gedacht werden, s. 27, 47, 5, nicht auffallen.

2. *militari ads.*, sonst geben die Soldaten ihren Beifall durch Geschrei zu erkennen, s. c. 33, 4; 37, 3 u. a. — *quibus* n. *vestrum*, s. 4, 4, 7. — *eo,* Attraction st. *eius.*

nec inertia relictos hic vos circumvenit hostis: virtute cepistis locum, virtute hinc oportet evadatis. veniendo huc exer- 4 citum egregium populo Romano servastis: erumpendo hinc vosmet ipsos servate. digni estis qui pauci pluribus opem tuleritis, ipsi nullius auxilio egueritis. cum eo hoste res est, 5 qui hesterno die delendi omnis exercitus fortuna per socordiam usus non sit, hunc tam opportunum collem inminentem capiti suo non ante viderit quam captum a nobis; nos tam 6 paucos tot ipsi milibus hominum nec ascensu arcuerint, nec tenentes locum, cum diei tantum superesset, vallo circumdederint. quem videntem ac vigilantem sic eluseritis, sopitum oportet fallatis, immo necesse est. in eo enim loco res 7 sunt nostrae, ut vobis ego magis necessitatis vestrae index quam consilii auctor sim. neque enim, maneatis an abeatis 8 hinc, deliberari potest, cum praeter arma et animos armorum memores nihil vobis fortuna reliqui fecerit, fameque et siti moriendum sit, si plus quam viros ac Romanos decet ferrum timeamus. ergo una est salus erumpere hinc atque 9 abire. id aut interdiu aut nocte faciamus oportet. ecce au- 10 tem aliud minus dubium. quippe si lux expectetur, quae spes est non vallo perpetuo fossaque nos saepturum hostem, qui nunc corporibus suis subiectis undique cinxerit, ut videtis, collem. atqui si nox opportuna est eruptioni, sicut est, haec profecto noctis aptissima hora est. signo secun- 11

4. *veniendo* etc., in der nur zum Schmucke eingefügten, matten Rede herrscht die Anapher vor. — *ipsos*, im Gegensatze zu *exercitum*, s. 2, 9, 5; 33, 17, 10: *armis magis muros quam se ipsos moenibus tutari.* — *qui — egueritis* st.: *qui, cum — tuleritis, ipsi* etc.; *egueritis* in Bezug auf den in *servate* angedeuteten Erfolg: dass ihr als solche erscheint, die — nicht bedurft haben, 6, 14, 4.

6. *tot ipsi*, sie selbst mit so vielen, da sie so viele sind, vgl. 5, 53, 6; 8, 2, 5: *Samnites copiis iisdem profecti;* 10, 5, 4: *Etrusci — omnibus copiis aderant.* An *ipsi* haben sich die folgenden Plurale angeschlossen, vgl. c. 33, 12: *quisque — ciet.*

8. *neque — potest*, es kann unmöglich. — *viros ac R.*, c. 13, 9.

9. *una e. s.*, es giebt nur eine Rettung, nämlich u. s. w.

10. *ecce a. a.*, s. 1, 21, 6: etwas Anderes, ein Zweites, ist eben so wenig zweifelhaft, als das eben Gesagte: *id — oportet.* Statt des gewöhnlichen: *iam vero* oder *atqui* ist *ecce* gebraucht, um das Folg. als der Aufmerksamkeit würdiger zu bezeichnen, während Cicero damit häufig das Unerwartete, Auffallende einführt. — *subiectis*, am Fusse des Hügels, vgl. c. 34, 3: *vallo.* — *undique*, c. 36, 1.

11. *signo s. v.*, nach Mitternacht, vgl. Sil. Ital. 7, 154: *mediam somni cum bucina noctem divideret; iamque excubias sortitus iniquas Tertius abrupta vigil iret ad arma quiete.*

dae vigiliae convenistis, quod tempus mortales somno altissimo premit. per corpora sopita vadetis vel silentio incautos fallentes, vel sentientibus clamore subito pavorem inie-
12 cturi. me modo sequimini, quem secuti estis: ego eandem, quae duxit huc, sequar fortunam. quibus haec salutaria videntur, agitedum in dextram partem pedibus transite."

36 Omnes transierunt, vadentemque per intermissa custodiis
2 loca Decium secuti sunt. iam evaserant media castra, cum superscandens vigilium strata somno corpora miles offenso scuto praebuit sonitum; quo excitatus vigil cum proximum movisset, erectique alios concitarent, ignari, cives an hostes
3 essent, praesidium erumperet an consul castra cepisset. Decius, quoniam non fallerent, clamorem tollere iussis militibus torpidos somno insuper pavore exanimat, quo praepediti nec arma inpigre capere nec obsistere nec insequi poterant.
4 inter trepidationem tumultumque Samnitium praesidium Romanum obviis custodibus caesis ad castra consulis pervadit.
5 Aliquantum supererat noctis iamque in tuto videbantur esse, cum Decius „macte virtute," inquit, „milites Romani, este: vestrum iter ac reditum omnia saecula laudibus ferent,
6 sed ad conspiciendam tantam virtutem luce ac die opus est, nec vos digni estis, quos cum tanta gloria in castra reduces silentium ac nox tegat. hic lucem quieti opperiemur."
7 dictis obtemperatum. atque ubi primum inluxit, praemisso nuntio ad consulem in castra ingenti gaudio concitantur, et tessera data incolumes reverti, qui sua corpora pro salute omnium haud dubio periculo obiecissent, pro se quisque obviam effusi laudant, gratulantur, singulos universos servatores

36. 1. *intermissa c. l.*, vgl. 24, 35, 8, die Wachen bildeten nicht eine vollständige Kette um den Hügel, sondern sie lagern in einzelnen Truppen, s. § 10 *castellatim;* in den freigelassenen Zwischenräumen sind die von den *custodiae* verschiedenen *vigiles* zu denken, die aber in Schlaf versunken sind.

2. *evaserant m. c.*, bis in die Mitte des Lagers nach dem Freien zu. Unter *castra* kann nicht das unter dem Hügel befindliche Lager c. 34, 3 gedacht werden, sondern die am Fusse desselben lagernden Posten. — *vigilium,* 4, 35, 4. — *offenso sc.*, es ist wol der des vigil gemeint, über den der Römer gerade schreitet. — *excitatus,* vom Aufwecken aus dem Schlafe, 5, 47, 3. — *praebuit,* erregte, 25,26,5 u. a.

4. *ad castra,* § 7, das nicht weit von dem Engpasse zu denken ist.

5. *macte,* 2, 12, 14.

6. *luce ac d.*, hendiadyoin, wie im Folg. *silentium ac nox.* — *ad conspic.* = *ut conspiciatur.*

7. *ad cons. i. c.*, s. 45, 6, 12: *in castra ad consulem misit,* vgl. 5, 47, 7. — *concitantur,* die Soldaten im Lager. Gron. wollte *in* vor *castra* entfernen. — *tessera d.*,

suos vocant, diis laudes gratesque agunt, Decium in caelum ferunt. hic Decii castrensis triumphus fuit incedentis per 8 media castra cum armato praesidio coniectis in eum omnium oculis et omni honore tribunum consuli aequantibus. ubi ad 9 praetorium ventum est, consul classico ad contionem convocat, orsusque meritas Decii laudes interfante ipso Decio distulit contionem, qui auctor omnia posthabendi, dum occasio 10 in manibus esset, perpulit consulem, ut hostes et nocturno pavore attonitos et circa collem castellatim dissipatos adgrederetur: credere etiam aliquos ad se sequendum emissos per saltum vagari. iussae legiones arma capere, egressae- 11 que castris, cum per exploratores notior iam saltus esset, via patentiore ad hostem ducuntur; quem incautum inproviso 12 adortae, cum palati passim Samnitium milites plerique inermes nec coire in unum nec arma capere nec recipere intra vallum se possent, paventem primum in castra conpellunt, deinde castra ipsa turbatis stationibus capiunt. perfertur 13 circa collem clamor fugatque ex suis quemque praesidiis. ita magna pars absenti hosti cessit: quos intra vallum egerat pavor — fuere autem ad triginta milia — omnes caesi, castra direpta. Ita rebus gestis consul advocata contione P. **37** Decii non coeptas solum ante sed cumulatas nova virtute laudes peragit, et praeter militaria alia dona aurea corona

c. 35, 1. — *laudes gr.* wird von L. oft mit *agere* verbunden, wenn der Dank gegen die Götter bezeichnet werden soll, s. 5, 23, 3; 26, 48, 3 u. a., selten braucht er in diesem Falle *gratias agere*, wie 6, 6, 5.

8. *castrensis tr.*, er zog gleichsam triumphirend im Lager ein, in Bezug auf c. 38, 3. — *per med. c.*, von der porta praetoria nach dem Feldherrnzelte, s. 8, 7, 12.

9. *classico* etc. Veget. 2, 22: *classicum appellatur, quod bucinatores per cornu dicunt.* — *ad contionem*, eben so wird zu Rom das Volk zur Versammlung berufen, Varro L. L. 5, 91: *classicos a classe, qui lituo cornuve canunt tum cum classes* (s. 1, 44, 2) *comitiis ad comitiatum vocant.* — *interfante*, 1, 28, 10.

10. *qui* ist auf das grammatisch untergeordnete aber die Hauptperson bezeichnende *Decio* bezogen, 4, 58, 4. — *castellatim* kann nur von den Posten, vgl. § 13: *praesidiis*, verstanden werden, da eigentliche Castelle, s. 5, 5, 5, nicht vorhanden waren, s. c. 34, 13.

12. *vallum* dann *castra* ist das Lager auf der Bergwand, c. 34, 3.

13. *circa c.*, auf die entgegenges. Seite des Hügels. — *absenti*, sie glaubten das Geschrei von der Seite zu vernehmen, wo sie standen, und dass daher der Feind komme.

37. 1. *aurea c.*, 3, 29, 3; 7, 10, 14 u. a. — *centum*, vgl. 26, 48, 14. — *eximio*, Paul. Diac. 82: *eximium inde dici coeptum, quod in sacrificio pecus e grege eximebatur;* der Stier war zum Opfer für die oberen Götter (*albo*) be-

eum et centum bubus eximioque uno albo opimo auratis
2 cornibus donat. milites, qui in praesidio simul fuerant, duplici frumento in perpetuum, in praesentia [singulis] bubus privis binisque tunicis donati. secundum consulis donationem legiones gramineam coronam obsidialem, clamore donum adprobantes, Decio inponunt. altera corona, eiusdem honoris
3 index, a praesidio suo inposita est. his decoratus insignibus bovem eximium Marti immolavit, centum boves militibus dono dedit, qui secum in expeditione fuerant. isdem militibus legiones libras farris et sextarios vini contulerunt; omniaque ea ingenti alacritate per clamorem militarem, indicem omnium adsensus, gerebantur.

4 Tertia pugna ad Suessulam commissa est, qua fugatus a M. Valerio Samnitium exercitus omni robore iuventutis domo accito certamine ultimo fortunam experiri statuit. ab
5 Suessula nuntii trepidi Capuam, inde equites citati ad Vale-
6 rium consulem opem oratum veniunt. confestim signa mota, relictisque inpedimentis castrorum valido praesidio raptim agitur agmen; nec procul ab hoste locum perexiguum, ut quibus praeter equos ceterorum iumentorum calonumque

stimmt. — *auratis* etc., vgl. 25, 12, 13.

2. *duplici*, 2, 59, 11; 24, 47, 11. — *privis*, Paul. Diac. p. 226: *privos privasque antiqui dicebant pro singulis. — hinc et privilegium et privatus.* L. braucht das bei älteren Schriftstellern gewöhnlichere Wort nur noch in einem Senatsconsulte, nach älteren Quellen, s. 30, 43, 19. An u. St. ist die Lesart unsicher, da in mehreren Hdss. das ungebräuchliche *privis* ganz übergangen, in anderen *privisque* geschrieben ist. Wahrscheinlich ist *singulis* Glossem von *privis;* Andere halten *binisque* für unächt. — *obsidialem.* Diese Form haben die Hdss. statt der gewöhnlichen *obsidionalem*, sie ist von *obsidium* gebildet. Ueber die Sache s. Festus p. 190: *obsidionalis corona est, quae datur imperatori ei, qui obsidione liberavit ab hostibus obsessos; ea fit ex gramine viridi fere ex eo loco decerpto, in quo erant inclusi. Quae corona magnae auctoritatis fuit, nam P. Decio datae duae sunt, una ab exercitu universo, altera ab his, qui fuerunt in praesidio obsessi;* Marqu. 3, 2, 442. — *clamore*, c. 35, 2. — *secum — fuerant*, Zumpt § 550.

3. *dono ded.*, vgl. Plin. 22, 5, 5. — *libras f.*, 4, 15, 6. — *sextarios v.*, 5, 47, 8. — *indicem*, 9, 23, 14. Die ganze Erzählung ist der bei Gell. 3, 7 sehr ähnlich.

4. *Suessulam*, am südlichen Abhange des M. Tifata, j. Torre di Sessola. — *accito*, 5, 25, 7. — *ad Valerium*, den sich L. noch in seiner früheren Stellung am Gaurus denkt.

6. *inpedimentis* etc. Da die Abziehenden ein Lager aufschlagen, also viel Gepäck mit sich nehmen, und überhaupt nicht deutlich ist, was die *inpedimenta castrorum* seien, so ist vielleicht *et* oder *ac castrorum* zu lesen. — *raptim ag.*, 6, 28, 2. — *procul ab*, gewöhnlicher ist der blosse Ablativ. — *praeter equos* vertritt einen Satz:

turba abesset, castris cepit. Samnitium exercitus, velut haud 7 ulla mora pugnae futura esset, aciem instruit; deinde, postquam nemo obvius ibat, infestis signis ad castra hostium succedit. ibi ut militem in vallo vidit, missique ab omni 8 parte exploratum quam in exiguum orbem contracta castra essent, paucitatem inde hostium colligentes, rettulerunt, fre- 9 mere omnis acies conplendas esse fossas scindendumque vallum et in castra inrumpendum; transactumque ea temeritate bellum foret, ni duces continuissent impetum militum. cete- 10 rum, quia multitudo sua commeatibus gravis, et prius sedendo ad Suessulam et tum certaminis mora, haud procul ab rerum omnium inopia esset, placuit, dum inclusus paveret hostis, frumentatum per agros militem duci: interim quieto 11 Romano, qui expeditus quantum umeris inter arma geri posset frumenti secum attulisset, defutura omnia. consul pala- 12 tos per agros cum vidisset hostes, stationes infrequentes relictas, paucis milites adhortatus ad castra oppugnanda ducit. quae cum primo clamore atque impetu cepisset pluribus ho- 13 stium in tentoriis suis quam in portis valloque caesis, signa captiva in unum locum conferri iussit, relictisque duabus legionibus custodiae et praesidii causa gravi edicto monitis, ut, donec ipse revertisset, praeda abstinerent, profectus agmine 14 instructo, cum praemissus eques velut indagine dissipatos

ausser dass sie — bei sich hatten. — *ceterorum* ist wie 4, 41, 8 *alius* zu nehmen.

8. *ab o. p.*, von allen Punkten aus, ist auch zu *rettulerunt* zu beziehen. — *quam in*, Cic. Fin. 5, 9, 26: *quam in optimo — statu*, c. 8, 4. — *colligentes*, indem sie daraus schlossen, und diese ihre Ansicht zugleich mittheilten.

9. *scindendum vall.*, 4, 29, 3; Caes. B. G. 3, 5.

10. *commeat. grav.*, lästig für den Unterhalt, den herbeizuschaffen schwer war, da man bereits Alles aufgezehrt hatte. — *sedendo*, 2, 12, 1.

11. *umeris*, Marius machte die Einrichtung, dass das Gepäck an einer Stange auf der Schulter getragen wurde, Marquardt 3, 2, 331.

13. *duabus leg.* gehört, wenn es ächt ist, zu den Uebertreibungen, die L. selbst oft tadelt, s. 3, 5, 12; 26, 49, 3; 30, 19, 11 u. a. Denn ein Grund eine so starke Besatzung des kleinen Lagers zurückzulassen lag nicht vor; dann müsste Valerius, da schon in dem früheren Lager eine starke Besatzung geblieben ist, wenn jetzt noch zwei Legionen zurückgelassen werden, ein Heer von 5—6 Legionen gehabt haben, was kaum glaublich ist. Nieb. 1, 432 nimmt an, dass auch das Heer des Cornelius anwesend gewesen sei, wovon sich jedoch sonst keine Andeutung findet. — *edicto*, s. 5, 20, 7; 10.

14. *velut ind.* gehört zu *ageret*, welches auch sonst von Feinden gebraucht wird, die wie Thiere getrieben werden, s. 1, 12, 8; 2, 47, 2 u. a. Jetzt jagen die Rei-

15 Samnites ageret, caedem ingentem fecit. nam neque quo signo coirent inter se, neque utrum castra peterent an lon-
16 giorem intenderent fugam, territis constare poterat: tantumque fugae ac formidinis fuit, ut ad quadraginta milia scutorum, nequaquam tot caesis, et signa militaria cum his, quae in castris capta erant, ad centum septuaginta ad consulem
17 deferrentur. tum in castra hostium reditum, ibique omnis
38 praeda militi data. Huius certaminis fortuna et Faliscos, cum in indutiis essent, foedus petere ab senatu coegit, et Latinos iam exercitibus conparatis ab Romano in Paelignum
2 vertit bellum. neque ita rei gestae fama Italia se finibus tenuit, sed Carthaginienses quoque legatos gratulatum Romam misere cum coronae aureae dono, quae in Capitolio in Iovis
3 cella poneretur. fuit pondo viginti quinque. consules ambo de Samnitibus triumpharunt sequente Decio insigni cum laude donisque, cum incondito militari ioco haud minus tribuni celebre nomen quam consulum esset.

4 Campanorum deinde Suessanorumque auditae legationes; precantibusque datum, ut praesidium eo in hiberna mittere-
5 tur, quo Samnitium excursiones arcerentur. iam tum minime salubris militari disciplinae Capua instrumento omnium voluptatium delenitos militum animos avertit a memoria patriae; inibanturque consilia in hibernis eodem scelere adimendae

ter die Samniten wie bei einem Treibjagen sie umzingelnd dem agmen instructum entgegen.

15. *quo signo,* c. 34, 13; 24, 8.

16. *quadrag. m.* gehört wahrscheinlich derselben Quelle an, wie § 13: *duabus leg.* u. c. 36, 13: *triginta m.* — *tot* n. *hostibus.*

38. 1. *in indutiis,* c. 22, 5. — *foedus,* wie schon 5, 26. — *Latinos,* wahrscheinlich gehörte diese Unternehmung der Latiner zu dem ganzen Kriegsplane, s. 32, 1; da die Paeligner Stammgenossen der Samniten waren und von ihrem Lande aus das östlich und südlich angrenzende Samnium bedroht werden musste. Es wäre dieses der dritte Punkt, von dem aus die Samniten angegriffen worden wären, s. Peter 1, 257; Nieb. 1, 433 f.

2. *ita,* durch die Trennung von *gestae* gehoben. — *in Iov. c.,* 5, 50, 6. — *vig. q.,* vgl. 4, 20; 3, 57.

3. *triumpharunt,* nach den Fasten Decius anno CDX.X Kal. Oct.; Cornelius VIIII Kal. Octbr.; also längere Zeit nach Ablauf des Consularjahres, s. c. 25.

4. *Suessanorum,* die Bewohner von Suessa Aurunca, s. 8, 15, am westlichen Abhange des M. Massicus. Ungeachtet der Siege der Römer müssen also die Einfälle und Raubzüge der Samniten bis an den Liris gefürchtet worden sein. — *in hiberna,* schon unter dem Consulate des C. Marcius und Q. Servilius.

38, 5—**42.** Empörung des Heeres in Campanien. Gesetze in Folge derselben; Appian Samn. 1. Zonar. 7, 25; Aurel. Vict. c. 29.

5. *iam tum,* in Bezug auf 23,

Campanis Capuae, per quod illi eam antiquis cultoribus ademissent: neque inmerito suum ipsorum exemplum in eos 6 versurum. cur autem potius Campani agrum Italiae uberrimum, dignam agro urbem, qui nec se nec sua tutari possent, quam victor exercitus haberet, qui suo sudore ac sanguine inde Samnites depulisset? an aequum esse, deditícios 7 suos illa fertilitate atque amoenitate perfrui, se militando fessos in pestilenti atque arido circa urbem solo luctari aut in urbe insidentem labem crescentis in dies fenoris pati? haec agitata occultis coniurationibus necdum vulgata in omnes 8 consilia invenit novus consul C. Marcius Rutilus, cui Campania sorte provincia evenerat, Q. Servilio collega ad urbem relicto. itaque cum omnia ea sicut gesta erant per tribunos 9 conperta haberet, et aetate et usu doctus, quippe qui iam quartum consul esset dictatorque et censor fuisset, optimum ratus differendo spem, quandocumque vellent, consilii exsequendi militarem impetum frustrare, rumorem dissipat in isdem oppidis et anno post praesidia hibernatura. divisa 10 enim erant per Campaniae urbes, manaverantque a Capua consilia in exercitum omnem. eo laxamento cogitationibus dato quievit in praesentia seditio. Consul educto in aestiva **39** milite, dum quietos Samnites habebat, exercitum purgare mis-

18. — *Campanis*, die Bewohner von Capua, genau genommen nur ein Theil derselben, die samnitischen Eroberer, s. 4, 37; 28, 28, 6: *Campani Capuam Tuscis veteribus cultoribus ademptam* etc. Vorher § 4 sind die Bewohner Campaniens gemeint, s. § 10; c. 39, 4.

6. *autem* soll die Erbitterung andeuten. — *haberet,* c. 20, 5; dagegen *an aequum esse* st. *an aequum est* in orat. recta.

7. *in pestilenti* etc., s. 5, 54, 4. — *labem,* 2, 44, 8: *id unum venenum, eam labem civitatibus opulentis repertam;* 39, 9, 1: *huius mali labes — Romam velut contagione morbi penetravit;* daher heisst es 2, 23, 6: *tabem.* Weit stärker wird dieser Punkt von Appian hervorgehoben, vgl. c. 42, 1. Viele hatten wol in Rom Schuldknechtschaft zu erwarten, da der Krieg ausser den persönlichen Diensten auch Steuern nöthig machte, s. c. 42, 3 ff.

8. *Marcius,* c. 28. *Servilius,* c. 22.

9. *frustrare* findet sich auch bei den Komikern, sonst ist *frustrari* gewöhnlich.

10. *per Camp. urb.,* wie Cumae, 4, 44; Atella, Acerrae, 8, 14; 17 u. a., s. c. 39, 4, es ist also ganz Campanien militärisch besetzt, und das Heer oder ein grosser Theil desselben ungeachtet der Triumphe dort zurückgelassen.

39. 1. *aestiva,* s. c. 38, 5. — *quietos*, da es sehr unwahrscheinlich ist, dass die Samniten die Empörung des römischen Heeres nicht benutzt haben sollen, so vermuthet Nieb. R. G. 3, 145, dass in diesem Jahre die Latiner den Oberbefehl gehabt haben, s. 8, 1, 7. — *missionibus* umfasst alle im Folgenden

sionibus turbulentorum hominum instituit, aliis eme
cendo stipendia esse, alios graves iam aetate aut
2 parum validos. quidam in commeatus mittebantur,
primo, deinde et cohortes quaedam, quia procul a
ac rebus suis hibernassent; per speciem etiam mi
3 usuum, cum alii alio mitterentur, magna pars ablegat
multitudinem consul alter Romae praetorque alias
4 fingendo moras retinebat. et primo quidem ignari
tionis minime inviti domos revisebant. postquam n
verti ad signa primos, nec ferme alium quam qui
pania hibernassent, praecipueque ex his seditionis
mitti viderunt, primum admiratio, deinde haud dubi
5 incessit animos consilia sua emanasse: iam quaestio
indicia, iam occulta singulorum supplicia inpotensqu
6 dele consulum ac patrum in se regnum passuros.
in castris erant occultis sermonibus serunt, nervos
7 tionis eiectos arte consulis cernentes. cohors una
procul Anxure esset, ad Lautulas saltu angusto ir
ac montis consedit ad excipiendos quos consul a
8 aliis, ut ante dictum est, causis mittebat. iam vali
dum numero manus erat, nec quicquam ad iusti
formam praeter ducem deerat. inconpositi itaque

aufgezählten Arten, zuerst in *aliis* — *esse* die *honesta*, in *alios* — *validos* die *causaria missio*, dann die Absendung für bestimmte Zwecke. — *emerita st.*, 3, 57, 9. — *graves an.*, 3, 69, 8; Horat. Sat. 1, 1, 4: *gravis annis miles.*

2. *cohortes*, diese gab es damals im späteren Sinne nicht, 3, 69, 8, und die Sache an sich ist wenig wahrscheinlich. — *ablegati*, Zumpt § 366.

4. *revisebant* hat ein anderes Subject als *viderunt.* — *in Camp.*, nicht in Suessa und anderen aurunkischen Städten. — *timor* etc., 5, 21, 6.

5. *quaestiones*, ausserordentliche Gerichte, 4, 50, 6. — *indicia*, von denen, die nur von der Sache gehört hatten, oder von Mitschuldigen, wenn ihnen Straflosigkeit zugesichert wurde, Sall. Cat. 47. — *occulta*, wie 4, 51, 3. — *inpotens*, 3, 36, 2. — *patrum*, vgl. c. 40,

7: *crudele senatus con*
fürchten die ganze S
dem Volke entzogen, n
Senate und den Consu
den werden.

6. *eiectos*, vgl. Cic.
aculeos — *excussos;*
eicere besser auf di
als auf *nervos*, wessh
vermuthet wird.

7. *Anxure*, 4, 59. -
ein Volskischer Flecke
ang., die Verbindung
schen Latium und Ca
22, 15, 11; Nieb. 1,
hors — *consedit*, dies
erst weggeschickt sei
Consul nichts von de
der Empörer in sein
hört haben.

8. *validam m.*,
δισμύριοι γεγονότες.
i. praed. = *dum pr*
compositi, perveniun

tes in agrum Albanum perveniunt, et sub iugo Albae longae castra vallo cingunt. perfecto inde opere reliquum diei de 9 imperatore sumendo sententiis decertant, nulli ex praesentibus satis fidentes: quem autem ab Roma posse exciri? quem 10 patrum aut plebis esse, qui aut se tanto periculo sciens offerat, aut cui ex iniuria insanientis exercitus causa recte committatur? postero die cum eadem deliberatio teneret, ex 11 praedatoribus vagis quidam conpertum attulerunt T. Quinctium in Tusculano agrum colere, urbis honorumque inmemorem. patriciae hic vir gentis erat; cui cum militiae magna cum 12 gloria actae finem pes alter ex vulnere claudus fecisset, ruri agere vitam procul ambitione ac foro constituit. nomine 13 audito extemplo agnovere virum, et, quod bene verteret, acciri iusserunt. sed parum spei erat voluntate quicquam facturum: vim adhiberi ac metum placuit. itaque silentio 14 noctis cum tectum villae qui ad id missi erant intrassent, somno gravem Quinctium oppressum, nihil medium, aut imperium atque honorem, aut, ubi restitaret, mortem ni sequeretur denuntiantes, in castra pertraxerunt. imperator extemplo adveniens appellatus, insigniaque honoris exterrito 15 subitae rei miraculo deferunt, et ad urbem ducere iubent. suo magis inde impetu quam consilio ducis convulsis signis 16 infesto agmine ad lapidem octavum viae, quae nunc Appia est, perveniunt; issentque confestim ad urbem, ni venire con- 17 tra exercitum dictatoremque adversus se M. Valerium Corvum

10. *quem a.*, wer aber erst, c. 38, 6. — *plebis*, angesehene Plebejer. — *qui aut — aut cui*, 2, 27, 2. — *ex iniur.* Die Worte sind bei L. dunkel, da eine Verletzung der Empörer nicht erwähnt ist; in seiner Quelle bezogen sie sich vielleicht auf die drückende Schuldenlast, c. 38, 7; c. 41, 1: *miserorum civium*; Appian: *δάκρυα τῶν φυλάκων ἦν—τὴν αἰτίαν ἐς τὰ χρέα φερόντων, τὰ ἐν Ῥώμῃ.* — *insanientis*, zur Empörung getrieben, c. 42, 3.

11. *teneret*, 2, 3, 5. — *Quinctium*, welcher oder ob einer der sonst erwähnten Quinctii gemeint sei, lässt sich nicht bestimmen.

14. *oppressum*, plötzlich überfallen. — *nihil med.*, 2, 49, 5. — *aut ubi restit.*, oder wenn er sich widersetzen, den Oberbefehl nicht annehmen sollte, den Tod, in dem Falle dass er nicht mitgehen wollte. Doch ist wegen der Tautologie wahrscheinlich, dass die Stelle verdorben sei, vielleicht war: *ubi haud restitaret* (nach Heerwagen: *aut ubi haesitaret*) *aut mortem* geschrieben. — *imperator*, nur factisch Anführer, während sonst die Soldaten den schon vom Volke mit dem *imperium* bekleideten Feldherrn nach einem Siege über die Feinde als imperator begrüssen. — *extemplo adv.*, 1, 26, 3.

16. *lap. octav.*, 2, 11, 7.

17. *exercitum*, ein neues, in Rom ausgehobenes.

dictum audissent et magistrum equitum L. Aemilium Mamercum. **40** Ubi primum in conspectum ventum est, arma signaque agnovere, extemplo omnibus memoria patriae iras permulsit. 2 nondum erant tam fortes ad sanguinem civilem, nec praeter externa noverant bella, ultimaque rabies secessio ab suis habebatur. itaque iam duces, iam milites utrimque congres- 3 sus quaerere ad conloquia. Quinctius, quem armorum etiam pro patria satietas teneret, nedum adversus patriam; Corvinus, omnes caritate cives praecipue milites et ante alios suum 4 exercitum conplexus, ad conloquium processit. cognito ei extemplo haud minore ab adversariis verecundia quam ab suis silentium datum: „deos" inquit „inmortales, milites, vestros publicos meosque ab urbe proficiscens ita adoravi veniamque supplex poposci, ut mihi de vobis concordiae par- 5 tae gloriam non victoriam darent. satis fuit eritque unde belli decus pariatur: hinc pax petenda est. quod deos inmortales inter nuncupanda vota expoposci, eius me conpotem 6 voti vos facere potestis, si meminisse vultis, non vos in Samnio nec in Vulscis sed in Romano solo castra habere; si illos colles, quos cernitis, patriae vestrae esse, si hunc exercitum civium vestrorum, si me consulem vestrum, cuius ductu auspicioque priore anno bis legiones Samnitium fudistis, 7 bis castra vi cepistis. ego sum M. Valerius Corvus, milites, cuius vos nobilitatem beneficiis erga vos non iniuriis sensistis, nullius superbae in vos legis, nullius crudelis senatus consulti auctor, in omnibus meis imperiis in me severior 8 quam in vos. ac si cui genus, si cui sua virtus, si cui etiam maiestas, si cui honores subdere spiritus potuerunt, is eram

40. 1. *ventum est, arma*, ein hartes Asyndeton; Gron. vermuthet: *ventum et a.*

2. *fortes ad* etc., s. Einleit. S. 9; n. als jetzt. — *nec* n. *bella.* — *rabies,* wie oben *insanientis.*

3. *Quinctius — processit.* Liv. scheint ein auf beide Anführer passendes Prädicat im Sinne gehabt, dann aber, da Valerius zuerst vortritt, und als der eigentliche Friedensstifter bezeichnet werden soll, *processit* an diesen angeschlossen zu haben, da Quinctius nach § 15 noch unter den Seinen steht, und erst als diese seine Ansicht gebilligt haben, in die Mitte tritt, c. 41, 1. — *Corvini,* c. 32, 15.

4. *vestros p. m.*, die den Staat beschirmenden Götter, die euch und mir gemeinschaftlich sind; weniger passend zu eueren Göttern, denen des Staates und den meinigen.

5. *hinc = e civibus.*

6. *non vos,* c. 32, 15. — *colles,* 2. 40. 7. — *consulem* durch *priore anno* bestimmt, eben darnach ist auch § 17: *suis militibus* zu verstehen.

8. *si cui g.*, c. 32, 14, den 3 Gliedern mit *si* entsprechen der Reihe nach die folgenden *is — eram.*

natus, id specimen mei dederam, ea aetate consulatum adeptus eram, ut potuerim tris et viginti annos natus consul patribus quoque ferox esse non solum plebi. quod meum 9 factum dictumve consulis gravius quam tribuni audistis? eodem tenore duo insequentes consulatus gessi; eodem haec imperiosa dictatura geretur, ut neque in hos meos et patriae meae milites mitior quam in vos — horreo dicere — hostis. ergo vos prius in me strinxeritis ferrum quam in vos ego. 10 istinc signa canent, istinc clamor prius incipiet atque impetus, si dimicandum est. inducite in animum, quod non in- 11 duxerunt patres avique vestri, non illi qui in Sacrum montem secesserunt, non hi qui postea Aventinum insederunt. expectate, dum vobis singulis, ut olim Coriolano, matres con- 12 iugesque crinibus passis obviae ab urbe veniant! tum Vulscorum legiones, quia Romanum habebant ducem, quieverunt: vos, Romanus exercitus, ne destiteritis inpio bello! T. Quincti, quocumque istinc loco seu volens seu invitus 13 constitisti, si dimicandum erit, tum tu in novissimos te recipito; fugeris etiam honestius tergumque civi dederis quam pugnaveris contra patriam. nunc ad pacificandum bene atque 14 honeste inter primos stabis, et conloquii huius salutaris in-

is=*talis.* — *id specim.*, c. 26. — *potuerim,* ohne *ut* stände *potui.* — *ferox* etc., im jugendlichen Uebermuthe entgegentreten.

9. *meum — consulis,* wenn ein Genitiv als Apposition zu einem Possessivpron. tritt, ist es gewöhnlich wieder ein Pronomen, selten ein Substantiv, vgl. c. 33, 10: *nostrum peditum;* Cic. Planc. 10, 26; Phil. 2, 43, 111: *tuum hominis simplicis.* — *quam trib.*, c. 32, 16. — *imperiosa*, 3, 26, 12. — *ut neque* etc. Das Fehlen von *sit* oder *sim*, und *neque,* welches kaum für *ne — quidem* genommen werden kann, lässt ein Verderbniss, oder ein die Aufregung des Redenden bezeichnendes Anacoluth vermuthen, indem L. statt mit *neque* fortzufahren, an den Comparativ *quam* anfügte, s. 2, 40, 8. Der Sinn ist nach dem Zusammenhange: ich werde als Dictator eben so mild mit euch verfahren, obgleich ihr Feinde seid, als mit meinem Heere; woran sich dann *ergo* schliesst; so dass nicht, wie Walch annimmt, aus *hostis* zu *dictatura* etwa *hostilis* genommen werden kann. Der Gedanke enthält schon eine Hindeutung auf c. 43, 3.

10. *strinxeritis,* ihr müsst erst gezogen haben, bevor u. s. w., vgl. § 14: *fueris,* du wirst erlangen, dass du erscheinst, s. 8, 33, 8: *videro.*

12. *expectate, dum,* 3, 11, 13. — *ne destit.* entspricht den Imperativen *inducite, expectate,* und ist eine ironische Ermahnung nicht abzulassen: steht ja nicht ab; ohne Ironie: *vobis igitur magis etiam desistendum est.*

13. *fugeris — dederis,* weil erst der vollendeten Handlung das Prädicat *honestius* d. h. *tibi erit honestius,* s. 1, 13, 3: *melius,* beigelegt werden kann, Zumpt § 590.

14. *interpres,* 2, 33, 11. — *et*

terpres fueris. postulate aequa et ferte, quamquam vel iniquis standum est potius quam inpias inter nos conseramus
15 manus." T. Quinctius plenus lacrimarum ad suos versus „me quoque," inquit „milites, si quis usus mei est, melio-
16 rem pacis quam belli habetis ducem. non enim illa modo Vulscus aut Samnis, sed Romanus verba fecit, vester consul, vester imperator, milites; cuius auspicia pro vobis experti
17 nolite adversus vos velle experiri. qui pugnarent vobiscum infestius, et alios duces senatus habuit: qui maxime vobis suis militibus parceret, cui plurimum vos imperatori vestro
18 crederetis, eum elegit. pacem etiam qui vincere possunt volunt: quid nos velle oportet? quin omissis ira et spe, fallacibus auctoribus, nos ipsos nostraque omnia cognitae per-
41 mittimus fidei?" Adprobantibus clamore cunctis T. Quinctius ante signa progressus in potestate dictatoris milites fore dixit: oravit, ut causam miserorum civium susciperet, susceptamque eadem fide, qua rem publicam administrare
2 solitus esset, tueretur. sibi se privatim nihil cavere; nolle alibi quam in innocentia spem habere: militibus cavendum, quod apud patres semel plebi iterum legionibus cautum sit,
3 ne fraudi secessio esset. Quinctio conlaudato ceteris bonum animum habere iussis dictator equo citato ad urbem revectus auctoribus patribus tulit ad populum in luco Petelino, ne cui militum fraudi secessio esset. oravit etiam bona ve-

ferte, und ihr sollt es erhalten, wie sonst das Futurum, s. 6, 18, 7; 13; vgl. 34, 2, 13: *date frenos — et sperate;* Hor. Ep. 1, 18, 107: *sit mihi quod nunc est — et mihi vivam.* Andere erklären: und bietet an, was mit *postulate* zusammenfallen würde. — *standum e.,* dabei stehen bleiben, darauf eingehen, vgl. 3, 36, 8.

15. *usus m. e.,* 1, 56, 3.

16. *modo,* d. h. *quae modo dicta sunt.* — *experti — experiri,* 5, 54, 6. — *nolite — velle,* Cic. Phil. 7, 8, 25: *nolite igitur velle, quod fieri non potest* u. a.

17. *plurimum,* adverbial, wie 24, 20, 13 u. a. — *quin,* 1, 45, 6. — *fallacibus a.,* s. Sall. I. 64, 5: *cupidine atque ira pessumis consultoribus; auctor* ist als gen. commune zu nehmen.

41. 1. *progressus,* c. 40, 3. — *miserorum civium,* wahrscheinlich wieder eine Andeutung der Schuldenlast, vgl. Appian: *καὶ τοὺς ἐπὶ τῶν ἔργων ἐν τοῖς ἀγροῖς δεδεμένους* (Schuldgefangene) *ἐκλύσαντες — ἤλαυνον ἐς Ῥώμην.*

2. *sibi — cavere,* er bedinge für sich keine Sicherstellung, Straflosigkeit aus. — *alibi quam,* 2, 3, 4. — *plebi,* 2, 33, 3 ist dieses nicht erwähnt; 3, 54, 14 wird es durch ein Plebiscit festgesetzt, daher ist *apud patres* zu nehmen: zur Zeit der Vorfahren, Cic. Offic. 2, 24, 85: *haec apud maiores nostros factitata;* Phil. 5, 17, 48 u. a.

3. *ad pop.,* es sind wol die Centurien, nicht nach Nieb. 1, 437 die Curien zu verstehen. — *luco Pet.,* 6, 20, 11. — *oravit bona v.,* sie möchten ihm die Bitte gestatten, s.

nia Quirites, ne quis eam rem ioco seriove cuiquam exprobraret. lex quoque sacrata militaris lata est, ne cuius mi- 4 litis scripti nomen nisi ipso volente deleretur; additumque legi, ne quis, ubi tribunus militum fuisset, postea ordinum ductor esset. id propter P. Salonium postulatum est ab 5 coniuratis, qui alternis prope annis et tribunus militum et primus centurio erat, quem nunc primi pili appellant. huic 6 infensi milites erant, quod semper adversatus novis consiliis fuisset, et ne particeps eorum esset, [qui] ab Lautulis fugisset. itaque cum hoc unum propter Salonium ab senatu 7 non impetraretur, tum Salonius obtestatus patres conscriptos, ne suum honorem pluris quam concordiam civitatis aestimarent, perpulit, ut id quoque ferretur. aeque inpotens postu- 8 latum fuit, ut de stipendio equitum — merebant autem tri-

6, 40, 10; 29, 17, 6: *cum bona venia, quaeso, audiatis*, also kein Beschluss des Volkes. — *ioco*, adverbial.

4. *lex sacr.*, hier ein Plebiscit, dessen Uebertretung mit der sacratio capitis bedroht, schwerlich ein solches, welches durch einen Eid bekräftigt wurde, s. 2, 33; 4, 26, 3; 5, 11, 3. — *ne cuius* etc., es soll der Name keines Soldaten aus der Musterrolle gestrichen werden, wie es wahrscheinlich bis jetzt willkürlich von den Feldherrn geschehen war. Warum dieses so schwer verpönt wurde, ob durch das Ausstreichen aus der Liste dem Einzelnen Nachtheil oder Schande erwuchs, lässt sich nicht entscheiden, s. Nieb. R. G. 3, 74 f. — *additum l.*, er war ein Theil des Gesetzes. — *ordinum d.*, Centurio, hier vielleicht der primipilus, s. c. 13, 1; vgl. 3, 44, 2.

5. *id propter* etc., der Grund und die ganze Sache ist nicht klar, denn, wenn der einfachste Sinn der Worte, dass der, welcher einmal den höheren Rang des tribunus militum erlangt hat, nicht wieder den niederen des centurio einnehmen soll, statt hat, so sieht man nicht, wie sich die Soldaten dadurch an Solonius haben rächen können; wenn aber L. meint, dass der gewesene Kriegstribun, wenn er diese Würde nicht wieder erlangt, selbst als Gemeiner dienen, nicht als Centurio diese hart behandeln soll, so ist dieses sehr unwahrscheinlich: desshalb vermuthet Nieb. R. G. 3, 75, dass in Rücksicht auf Solonius ein Missverständniss obwalte, und dieser in seiner Würde als Tribun habe geschützt werden sollen. — *a coni.*, sie sind die Fordernden. — *nunc*, L. selbst hat die Bezeichnung schon 2, 27; s. 8, 8, 7; 42, 32, 7; 44, 33, 7.

6. *qui ab Laut.* Die Stelle ist verdorben, da die Hdss. *fugissent* haben. Gron. hält *qui* für unächt und vermuthete *fugisset.* Vielleicht ist ein Satz ausgefallen, etwa: *eorum esset, princeps eorum fuisset, qui.* Nach Appian verlassen die Soldaten den Tribun.

7. *propter Sal.*, s. § 5. — *obtestatus* etc., als ob er in dem Senate gewesen wäre. — *suum hon.*, er findet also in der Anordnung eine Schmach für sich. — *ferretur*, dass der Senat die Beantragung gestattete.

8. *inpotens*, anmassend, unverschämt. — *triplex*, s. 5, 12, 12. Die Forderung würde sich nur auf die *suis equis* dienenden Ritter

10 nihil sententiae suae mutaret, causas tantum adiceret: priore se consilio, quod optimum duceret, cum potentissimo populo per ingens beneficium perpetuam firmare pacem amicitiamque; altero consilio in multas aetates, quibus amissis duobus exercitibus haud facile receptura vires Romana res esset, bel-
11 lum differre: tertium nullum consilium esse. cum filius aliique principes percunctando exsequerentur, quid, si media via consilii caperetur, ut et dimitterentur incolumes et leges iis
12 iure belli victis inponerentur: „ista quidem sententia“ inquit „ea est, quae neque amicos parat nec inimicos tollit. servate modo quos ignominia inritaveritis: ea est Romana gens, quae
13 victa quiescere nesciat. vivet semper in pectoribus illorum quidquid istuc praesens necessitas inusserit, nec eos ante multiplices poenas expetitas a vobis quiescere sinet.“

4 Neutra sententia accepta Herennius domum e castris est

8. *ex anc. or., anceps* passt genauer zu *responsa:* ein Orakel, das zweideutige Sprüche ertheilt. — *consilium,* den Kriegsrath, anders 8, 39, 10: *conciliis.*

9. *nihil sentent.,* nichts von, an derselben.

10. *in multas* etc., dass auch die Latiner und die übrigen Bundesgenossen sich würden erhoben haben, ist nicht berührt. — *differre,* bewirke den Aufschub, da der Entscheidungskampf doch einmal geführt werden muss, 8, 23, 9.

11. *exseq.,* s. 3, 20, 2. — *media via* etc., vielleicht schien der dem Frieden geneigten Partei, 8, 39, dieser Ausweg besser. — *iure b.* ist mehr zu *inponerentur* zu ziehen, s. praef. 5.

12. *parat* ist (unter mehreren) gerade diejenige, nicht: eine solche. — *neque — nec* wird auch sonst ohne wesentlichen Unterschied verbunden, s. 1, 18, 5; 8, 29, 14 u. a. — *modo,* immerhin, ironisch.

13. *quidquid istuc,* neutr. von *iste = istinc ortum:* durch das, was von euch geschieht, nach der Analogie von Constructionen, wie die 1, 30, 4 erwähnten: *quo terrore = inde orto;* 24, 37, 5: *quo incendio,* c. 9, 2 u. a. Ueber die Verbindung von *quidquid* mit einem anderen Pron. s. Quintil. 6 praef. 3: *optimum fuit — quidquid hoc est in me — literarum — flammis inicere;* 12, 6, 2: *ut — nec quidquid est illud adhuc acerbum proferatur.* Andere erklären *istuc* durch *istis,* s. 1, 34, 4. — *inusserit,* 8, 32, 15.

avectus. et in castris Romanis cum frustra multi conatus ad erumpendum capti essent, et iam omnium rerum inopia esset, victi necessitate legatos mittunt, qui primum pacem 2 aequam peterent; si pacem non inpetrarent, uti provocarent ad pugnam. tum Pontius debellatum esse respondit, et quo- 3 niam ne victi quidem ac capti fortunam fateri scirent, inermes cum singulis vestimentis sub iugum missurum; alias condiciones pacis aequas victis ac victoribus fore: si agro 4 Samnitium decederetur, coloniae abducerentur, suis inde legibus Romanum ac Samnitem aequo foedere victurum. his 5 condicionibus paratum se esse foedus cum consulibus ferire: si quid eorum displiceat, legatos redire ad se vetuit. haec cum legatio renuntiaretur, tantus gemitus omnium su- 6 bito exortus est, tantaque maestitia incessit, ut non gravius accepturi viderentur, si nuntiaretur omnibus eo loco mortem oppetendam esse. cum diu silentium fuisset, nec consules 7 aut pro foedere tam turpi aut contra foedus tam necessarium hiscere possent, tum L. Lentulus, qui tum princeps legatorum virtute atque honoribus erat, „patrem meum," inquit 8 „consules, saepe audivi memorantem se in Capitolio unum non fuisse auctorem senatui redimendae auro a Gallis civitatis, quando nec fossa valloque ab ignavissimo ad opera ac muniendum hoste clausi essent, et erumpere, si non sine magno periculo, tamen sine certa pernicie possent. quod si 9 illis ut decurrere ex Capitolio armatis in hostem licuit, quo

4. 1. *conatus ad er.*, eine häufige Construction statt des genit. gerund. Erst hier deutet L. Kämpfe vor der Uebergabe an, die jedoch nach § 2: *provocarent* etc. u. c. 5, 10 blosse Versuche geblieben sein müssten. Nach Cic. a. a. O. und Appian: *ἡττήθησαν ὑπὸ Σαυνιτῶν,* haben die Römer eine Niederlage erlitten.

3. *inermes*, s. 3, 19, 6. — *alias*, sonst, im Uebrigen. — *aequas*, er wolle seine Macht als Sieger nicht geltend machen, und einen billigen Frieden schliessen. Dass nur Billiges gefordert wurde zeigt das Folgende.

4. *agro dec.*, was die Römer an Land genommen hatten sollen sie zurückgeben, die Colonien, wie Cales, Fregellä zurückziehen. — *suis leg.*, als unabhängiger Staat, s. c. 43, 23. — *aequo f.*, 8, 2, 1.

5—6. *foedus — ferire*, 1, 24, dieses wird hier nur so dargestellt, damit es im Folg. zurückgewiesen werden kann. — *eorum*, vgl. 4, 54, 4; 1, 36, 6. — *renuntiar.*, 7, 32, 1.

7–9. *hiscere*, 6, 16, 3. — *Lentulus* ist wol der 8, 22 genannte. — *ac muniendum*, Erklärung von *opera*. — *illis* ist des Nachdrucks wegen vorangestellt, gehört aber nur zum ersten Gliede, s. 33, 9, 9: *phalanx Macedonum — nec circumagere se poterat, nec hoc qui a fronte — instabant, patiebantur;* 28, 37, 6: *fundis ut nunc plurimum, ita tunc solo eo telo utebantur;* 23, 7, 6: *ut rec.* etc.

saepe modo obsessi in obsidentes eruperunt, ita nobis aequo aut iniquo loco dimicandi tantummodo cum hoste copia esset, non mihi paterni animi indoles in consilio dando de-
10 esset. equidem mortem pro patria praeclaram esse fateor, et me vel devovere pro populo Romano legionibusque vel in
11 medios me inmittere hostes paratus sum: sed hic patriam video, hic quidquid Romanarum legionum est. quae nisi pro se ipsis ad mortem ruere volunt, quid habent quod morte
12 sua servent? tecta urbis, dicat aliquis, et moenia et eam turbam, a qua urbs incolitur. immo hercule produntur ea omnia deleto hoc exercitu, non servantur. quis enim ea tue-
13 bitur? inbellis videlicet atque inermis multitudo. tam hercule quam a Gallorum impetu defendit. an a Veis exercitum
14 Camillumque ducem inplorabunt? hic omnes spes opesque sunt, quas servando patriam servamus, dedendo ad necem
15 patriam deserimus ac prodimus. at foeda atque ignominiosa deditio est. sed ea caritas patriae est, ut tam ignominia
16 eam quam morte nostra, si opus sit, servemus. subeatur ergo ista quantacumque est indignitas, et pareatur necessitati, quam ne dii quidem superant. ite, consules, redimite armis civitatem, quam auro maiores vestri redemerunt."

5 Consules profecti ad Pontium in conloquium, cum de foedere victor agitaret, negarunt iniussu populi foedus fieri
2 posse, nec sine fetialibus caerimoniaque alia sollemni. itaque

u. a. — *armatis,* 3, 50, 6; Zumpt § 601. — *animi ind.*, der Keim, die Kraft einen Muth zu zeigen wie mein Vater, vgl. c. 17, 10; 21, 4, 10.

10. *me vel d.,* 7, 29, 1; ib. 39, 10. — *vel in m.*, im Kampfe, als Zeichen der Tapferkeit, während die Devotion zugleich die religiöse Weihe andeutet. Perizonius wollte *et in m.* lesen, da es nahe liegt *vel devovere* durch: sogar zu erklären, und der sich Devovirende dem Tode entgehen kann, s. 8, 10, 13.

11—12. *quidquid* etc. stimmt nicht zu anderen Stellen wie 3, 41, 10; 7, 25, 8, wol aber zu der wahren Lage Roms in der damaligen Zeit, vgl. c. 19, 2. — *pro s. i.,* für ihre Zwecke, um sich der Schmach nicht auszusetzen. — *tecta* etc., 5, 54, 2.

13—16. *a Veis,* s. 5, 46, 10. — *spes op.*, s. c. 2, 14; 1, 58, 8. — *servemus,* erhalten müssen. — *necessitati*, das Fatum, s. Einleit. S. 16. — *ite* — *redim.*, das asyndetisch vorangehende *ite* soll die Aufforderung steigern, wie *age, agite*; geht nur; in anderen Fällen ist es Andeutung der Eile, vgl. 10, 4, 10; 25, 38, 22: *ite curate*; 22, 49, 10; 9, 24, 9. — *armis,* durch deren Auslieferung.

5. 1. *negarunt i. p.* etc., dieses war allerdings nach der späteren Praxis der Fall, s. Sall. I. 39; bis jetzt hat der Senat die Bündnisse geschlossen, und später musste, wenn das Bündniss nicht sogleich bindend sein sollte, hinzugefügt werden: *ita id ratum fore, si pop. Rom. censuisset,* s. 21, 19, 3. — *fetialibus* etc., s. 1, 24.

non, ut vulgo credunt Claudiusque etiam scribit, foedere pax Caudina, sed per sponsionem facta est. quid enim aut sponsoribus in foedere opus esset aut obsidibus, ubi precatione res transigitur, per quem populum fiat, quo minus legibus dictis stetur, ut eum ita Iuppiter feriat, quem ad modum a fetialibus porcus feriatur. spoponderunt consules legati quaestores tribuni militum; nominaque omnium qui spoponderunt exstant, ubi, si ex foedere acta res esset, praeterquam duorum fetialium non exstarent. et propter necessariam foederis dilationem obsides etiam sescenti equites imperati, qui

3

4

5

2. *ut vulgo* etc., dass dieses die gewöhnliche Darstellung, nicht bloss des Claudius, s. 6, 42, 5, war, zeigen die Nachrichten bei anderen Schriftstellern, s. Cic. Off. 3, 30, 102; de Inv. 2, 30, 91: *in eo foedere, quod factum est quondam cum Samnitibus, quidam adolescens nobilis porcam sustinuit;* Valer. Max. 6, 1, 9; Gell. 17, 21, 36; Flor. 1, 16; Appian. 4; Zon. 7, 26; vergl. die Epitome. Das *foedus* war ein unter religiöser Weihe, unter Schwüren und Verwünschungen, die sich an das Opfer knüpften; die *sponsio* ein nach der Analogie der civilrechtlichen Sponsion, s. 3, 24, 5, geschlossener, gleichfalls bindender Vertrag, wol ohne religiöse Weihe, in dem sich die Parteien gegenseitig zusicherten, dass das, worüber die sponsio geschlossen wurde, geschehen solle; s. Gaius III. § 94: *unde dicitur uno casu hoc verbo* (dari spondes, spondeo) *peregrinum quoque obligari posse, velut si imperator noster principem alicuius peregrini populi de pace ita interroget: pacem futuram spondes? vel ipse eodem modo interrogetur;* Rubino 1, 276 ff. L. sucht, um die Schuld des Bundesbruches von den Römern abzuwälzen, mit nicht ausreichenden Gründen zu zeigen, dass bei Caudium kein foedus habe geschlossen werden können, s. c. 4, 5.

3. *quid en. a. sp.* etc., der erste Grund, bei dem nicht beachtet ist, dass wie andere Historiker, s. Appian., Zon., angeben, der Eid auf das Bündniss nur von mehreren, nicht wie gewöhnlich von den Consuln allein geleistet wurde. — *aut obsidibus,* der zweite Grund; doch hat L. selbst mehrmals angegeben, dass bei einem Bündniss Geisseln für die Ausführung desselben gestellt worden sind, s. 30, 37 u. 43; 34, 52, 9, vgl. 2, 13, 4. — *precatione* (Verwünschung) — *porcus,* 1, 24; 21, 45, 8.

4. *spoponderunt* etc. Mit diesen Worten geht L. auf die Erzählung zurück und giebt § 4 eine weitere Ausführung des ersten, § 5 des zweiten Grundes. — *nominaque* etc., wo sie sich fanden ist nicht angegeben, schwerlich in einem öffentlichen Documente, da der Vertrag nicht genehmigt wurde. Vielleicht ist es nur ein Missverständniss einer griechischen Quelle, vgl. Zonar. l. l.: *οἱ — τὰς σπονδὰς* (*foedus* nicht *sponsio*) *ἐποιήσαντο.* — *praeterq. d. f.* L. hat übersehen, dass nach seiner eigenen Darstellung, 2, 33; 4, 7, die Consuln die Bündnisse beschworen.

5. *dilationem,* die Spondirenden verpflichteten sich zu bewirken, dass ein *foedus* erst noch geschlossen werden soll, s. c. 10, 9: *foedus ictum iri;* dafür sollen die Geisseln gestellt werden. — *sescenti,* die Ritter von zwei Legionen, vgl. Claudius bei Gell. 17, 2, 21: *„cum tantus arrabo penes Samnites po-*

6 capite luerent si pacto non staretur. tempus inde statutum tradendis obsidibus exercituque inermi mittendo. redintegravit luctum in castris consulum adventus, ut vix ab iis abstinerent manus, quorum temeritate in eum locum deducti es-
7 sent, quorum ignavia foedius inde quam venissent abituri: illis non ducem locorum non exploratorem fuisse, beluarum
8 modo caecos in foveam lapsos. alii alios intueri, contemplari arma mox tradenda et inermes futuras dextras obnoxiaque corpora hosti. proponere sibimet ipsi ante oculos iugum hostile et ludibria victoris et vultus superbos et per
9 armatos inermium iter, inde foedi agminis miserabilem viam per sociorum urbes, reditum in patriam ac parentes, quo
10 saepe ipsi maioresque eorum triumphantes venissent. se solos sine vulnere, sine ferro, sine acie victos; sibi non stringere licuisse gladios, non manum cum hoste conferre; sibi nequiquam [arma, nequiquam vires nequiquam] animos datos.
11 haec frementibus hora fatalis ignominiae advenit, omnia tristiora experiundo factura, quam quae praeceperant animis.
12 iam primum cum singulis vestimentis inermes extra vallum exire iussi, et primi traditi obsides atque in custodiam ab-
13 ducti. tum a consulibus abire lictores iussi paludamentaque detracta; tantam inter ipsos, qui paulo ante eos execrantes
14 dedendos lacerandosque censuerant, miserationem fecit, ut suae quisque condicionis oblitus ab illa deformatione tantae maiestatis velut ab nefando spectaculo averteret oculos.
6 Primi consules [prope] seminudi sub iugum missi; tum ut

puli R. esset.“ „arrabonem“ dixit sescentos obsides et id maluit quam pignus dicere. — *pacto,* c. 11, 8.

6—8. *exercitu,* 4, 12, 10: *usu.* — *mittendo* u. *sub iugum.* — *abituri,* auch hierzu gehört das vorhergeh. *essent.* — *tradenda* = *quae tradenda essent.*

9. *ac parentes* müsste mit *in patr.* als ein Begriff genommen werden, doch ist wahrscheinlich *ad par.* mit Gron. zu lesen, wie 2, 49, 7; 22, 60, 13 u. a. — *eorum,* vom Standpunkte des Erzählenden, 1, 54, 5: *ei.*

10. *sine vuln.* etc., s. c. 4, 1. — *nequiquam* etc. Die Stelle ist unsicher, da in den Hdss. nur *nequiquam animos* steht, das Uebrige von Gelenius herrührt, der nicht bestimmt ausspricht, dass er es in seinen Hdss. gefunden habe. Dass etwas ausgefallen sei, lässt sich nicht bezweifeln, vgl. 7, 35, 8 u. a.

11—12. *experiundo,* 8, 11, 1. — *quam (ea erant) quae. praecep.,* 7, 26, 8. — *extra vall.,* Appian: *παραλύσας τι τοῦ τειχίσματος.* — *primi,* zuerst.

13. *paludamenta,* Isidor., 19, 14: *paludamentum pallium fuit imperatorium cocco, purpura et auro distinctum,* s. jedoch 1, 25, 2. — *tantam — fecit,* das Subject ist ausgefallen; nach Drakenb.: *tantam id,* nach Anderen *fecerunt* zu lesen.

6. 1. *prope sem.* scheint eine doppelte Lesart, da L. die Härte

quisque gradu proximus erat, ita ignominiae obiectus; tum deinceps singulae legiones. circumstabant armati hostes ex- 2 probrantes eludentesque; gladii etiam plerisque intentati, et vulnerati quidam necatique, si vultus eorum indignitate rerum acrior victorem offendisset. Ita traducti sub iugum et, 3 quod paene gravius erat, per hostium oculos cum e saltu evasissent, etsi velut ab inferis extracti tum primum lucem aspicere visi sunt, tamen ipsa lux ita deforme intuentibus agmen omni morte tristior fuit. itaque cum ante noctem 4 Capuam pervenire possent, incerti de fide sociorum et quod pudor praepediebat, circa viam haud procul Capua omnium egena corpora humi prostraverunt. quod ubi est Capuam 5 nuntiatum, evincit miseratio iusta sociorum superbiam ingenitam Campanis. Confestim insignia sua consulibus fasces 6 lictores, arma equos vestimenta commeatus militibus benigne mittunt, et venientibus Capuam cunctus senatus populusque 7 obviam egressus iustis omnibus hospitalibus privatisque et publicis fungitur officiis. neque illis sociorum comites vul- 8 tusque benigni et adloquia non modo sermonem elicere, sed ne ut oculos quidem attollerent aut consolantes amicos contra intuerentur efficere poterant: adeo super maerorem pudor 9 quidam fugere conloquia et coetus hominum cogebat. postero 10

der Sieger mehr zu steigern als zu schwächen sucht, vgl. c. 4, 3; 10, 36, 14, auch fehlt *prope* in einer Hds. — *ita,* der Begriff *proximus* ist auch zum Hauptsatze zu ziehen.

2. *indignitate*, die unwürdige Behandlung, vgl. 1, 59, 11.

3. *traducti — per,* s. 2, 38, 3. — *visi s.*, man sollte *sibi visi s.* erwarten, Zumpt §380. — *ita def.*, in solcher Weise, so sehr, wie es jetzt sichtbar wurde.

4. *Capuam*, auf der c. 2 bezeichneten Strasse. — *de fide,* eine Andeutung der Gefahr, in der Rom schwebte, wenn selbst an der Treue Capuas, das von den Samniten Alles zu fürchten hatte, gezweifelt werden konnte, s. Nieb. R. G. 3, 254.

5. *sociorum,* 8, 14, 10. — *omnium eg.*, die jede Pflege und Sorge entbehrten. Dagegen sagt Appian: *καί τινα ὑποζύγια ἔδωκεν (Πόντιος) αὐτοῖς ἐς τοὺς ἀρρωστοῦντας, καὶ τροφήν, ἄχρι τῆς Ῥώμης φέρεσθαι.* — *superbiam,* 7, 31, 6.

6. *fasc. lict.*, s. 1, 8, 2, sind als die wichtigsten allein genannt, andere wie das paludamentum u. s. w. übergangen. — *benigne,* reichlich.

7. *senatus pop.*, s. 23, 2 ff.; ib. 5; 10; 26, 16; 8, 14. — *egressus,* Zumpt § 373. A. 1. — *iustis o. h.*, wie *iusta funebria; militaria*, c. 8, 7 u. a. — *privatisq.* — *officiis* enthält einen steigernden Zusatz: alles was (so eng, durch die civitas, verbundene) Privatleute und Staaten einander zu leisten verpflichtet sind, was mehr sein kann als die Pflichten der Gastfreundschaft, s. 1, 45, 3.

8—9. *neque — non m.* = *tamen non — modo non elicere.* — *que et,* 1, 43, 2. — *contra int.*, 1, 16, 7. — *super,* 2, 27, 10.

die cum iuvenes nobiles missi a Capua ut proficiscentes ad finem
11 Campanum prosequerentur revertissent, vocatique in curiam percunctantibus maioribus natu multo sibi maestiores et abiectiores animi visos referrent: adeo silens ac prope mutum
12 agmen incessisse, iacere indolem illam Romanam, ablatosque cum armis animos, non reddere salutem, non salutantibus dare responsum, non hiscere quemquam prae metu potuisse tamquam ferentibus adhuc cervicibus iugum, sub quod emissi
13 essent. habere Samnites victoriam non praeclaram solum sed etiam perpetuam: cepisse enim eos non Romam, sicut ante Gallos, sed, quod multo bellicosius fuerit, Romanam
7 virtutem ferociamque: — cum haec dicerentur audirenturque et deploratum paene Romanum nomen in consilio sociorum
2 fidelium esset, dicitur Ofillius Calavius Ovi filius, clarus genere factisque tum etiam aetate verendus, longe aliter se
3 habere rem dixisse: silentium illud obstinatum fixosque in terram oculos et surdas ad omnia solatia aures et pudorem intuendae lucis ingentem molem irarum ex alto animo cien-
4 tis indicia esse. aut Romana se ignorare ingenia, aut silentium illud Samnitibus flebiles brevi clamores gemitusque excitaturum, Caudinaeque pacis aliquanto Samnitibus quam
5 Romanis tristiorem memoriam fore: quippe suos quemque

10—12. *cum,* der Nachsatz folgt c. 7, 1. — *maior. nat.*, wie in Rom die seniores, consulares. — *abiectiores an.*, s. 6, 36, 8: *stupentes animi* u. a., näher läge jedoch *abiectioris animi*, nämlich als am vorhergeh. Tage.

12. *iacere,* es liege darnieder, sei gebrochen, ist der Situation angemessener als das handschriftliche *tacere.* — *indolem*, das Wesen, die eingeborene Kraft, § 13: *virtutem ferociamque*, c. 7, 4: *ingenia.* — *salutant.* ist entweder Glossem oder die Stelle lückenhaft, da man vielmehr *salutantibus non interrogantibus dare resp.* erwarten müsste. — *prae metu,* Niedergeschlagenheit bei dem Gedanken an die Gefahr, die ihnen drohen könne. — *ferentibus — cerv.*, wie Sclaven die furca, s. 2, 36, 1; es sind abl. absol., s. 1, 28, 10. — *sub q.*, 3, 28, 10; 10, 36, 14.

7. 1. *consilio*, weil von dem Senate die Rede ist, daher nicht *concilio,* wie die meisten Hss. haben.

2. *Ofillius* findet sich nur hier, *Calavius* kommt als Zu-, *Ovius* als Vorname im Oskischen mehrfach vor.

3. *ex al. an.*, aus der Tiefe der Seele, wie *altitudo animi* Verschlossenheit ist, Sall. I. 95; Tac. Ann. 3, 44. — *cientis*, das Partic. konnte wegen der hinzugefügten Bestimmungen, wie sonst das Adjectiv und Subst. gebraucht werden, s. Cic. Tusc. 1, 33, 80: *sunt enim ignorantis — de mente dici*; Off. 1, 28, 99: *negligere quid de se quisque sentiat non solum arrogantis est sed omnino dissoluti.*

5. *aut — aut*, s. praef. 11. — *suos*, der Muth werde die Römer überall begleiten, die Feigheit der Samniten nicht überall durch Caudinische Pässe unterstützt werden.

eorum animos habiturum ubicumque congressuri sint; saltus Caudinos non ubique Samnitibus fore.

Iam Romae etiam sua infamis clades erat. obsessos 6 primum audierunt; tristior deinde ignominiosae pacis magis quam periculi nuntius fuit. ad famam obsidionis dilectus 7 haberi coeptus erat; dimissus deinde auxiliorum apparatus, postquam deditionem tam foede factam acceperunt; extemploque sine ulla publica auctoritate consensum in omnem formam luctus est: tabernae circa forum clausae, iustitium- 8 que in foro sua sponte coeptum prius quam indictum; lati clavi, anuli aurei positi; paene maestior exercitu ipso civitas 9 esse; nec ducibus solum atque auctoribus sponsoribusque pacis irasci, sed innoxios etiam milites odisse et negare urbe tectisve accipiendos. quam concitationem animorum fregit 10 adventus exercitus etiam iratis miserabilis. non enim tamquam in patriam revertentes ex insperato incolumes, sed 11 captorum habitu vultuque ingressi sero in urbem ita se in suis quisque tectis abdiderunt, ut postero atque insequentibus diebus nemo eorum forum aut publicum aspicere vellet. consules in privato abditi nihil pro magistratu agere, nisi 12 quod expressum senatus consulto est, ut dictatorem dicerent comitiorum causa. Q. Fabium Ambustum dixerunt et P. 13 Aelium Paetum magistrum equitum. quibus vitio creatis suf- 14 fecti M. Aemilius Papus dictator L. Valerius Flaccus magister equitum. nec per eos comitia habita, et quia taedebat po-

6—7. *sua*, weil bei *Romae* an *Romani* gedacht wird. — *magis quam* gehört nicht zu *tristior*, sondern stellt *pax ignom.* und *periculum* einander fast wie *non pericul. sed pax ign.* entgegen. — *dilectus*, um die Stadt zu vertheidigen und das Heer zu retten.

8—9. *tabernae*, c. 40, 16; 3, 27, 2. — *iustitium*, 7, 28, 3. — *lati cl.*, die Toga mit breitem Purpurstreifen, von den Senatoren; *anuli aur.*, von den Rittern, c. 46, 12; obgleich dieser Zug wol der späteren Zeit entlehnt ist, s. Beck. 2, 1, 273. — *tectis*, 22, 52, 7: *tectisque — acceptos*, und oft so der Abl. bei *accipere*, *excipere*.

10—12. *ex insperato*, 1, 25, 9. — *in urbem*, L. denkt alle Soldaten in der Stadt wohnhaft, genauer Appian: *οἳ μὲν ἐς τοὺς ἀγροὺς διέφευγον, ὑπὸ αἰδοῦς, οἳ δὲ νυκτὸς ἐς τὴν πόλιν ἐσῄεσαν*, ebenso Zonaras. — *privato* wie *hostico*, 6, 31, 7. — *pro mag.*, 8, 36, 1. — *sen. consulto*, das unter dem Vorsitz des Prätors gefasst werden konnte, nach der handschriftlichen Lesart: *senatus consultum*, müssten die Consuln selbst den Senat gehalten haben, was mit dem Vorhergeh. nicht übereinstimmt: den Dictator dagegen ernannte der Consul nicht öffentlich, s. c. 38, 14.

13—14. *dixerunt*, einer von ihnen; auch der mag. equit. scheint vom Senate bestimmt gewesen zu sein, 7, 12, 9. — *vitio cr.*, 8, 23. — *nec*, aber auch nicht. — *popu-*

pulum omnium magistratuum eius anni, res ad interregnum
15 rediit. interreges Q. Fabius maximus M. Valerius Corvus.
is consules creavit Q. Publilium Philonem et L. Papirium
Cursorem iterum haud dubio consensu civitatis, quod nulli
ea tempestate duces clariores essent.

8 Quo creati sunt die, eo — sic enim placuerat patribus
— magistratum inierunt, sollemnibusque senatus consultis
perfectis de pace Caudina rettulerunt. et Publilius, penes quem
2 fasces erant, „dic, Sp. Postumi,“ inquit. qui ubi surrexit,
3 eodem illo vultu, quo sub iugum missus erat, „haud sum
ignarus“ inquit, „consules, ignominiae non honoris causa me
primum excitatum iussumque dicere, non tamquam senatorem,
sed tamquam reum qua infelicis belli qua ignominiosae pa-
4 cis. ego tamen, quando neque de noxa nostra neque de
poena rettulistis, omissa defensione quae non difficillima es-
set apud haud ignaros fortunarum humanarum necessitatium-
que, sententiam de eo, de quo rettulistis, paucis peragam.
quae sententia testis erit, mihine an legionibus vestris pe-
percerim, cum me seu turpi seu necessaria sponsione ob-

lum, die Bestimmung gieng nur vom Senate aus, vgl. 6, 1, 5.

15. *interreges*, auch in dieser Noth gieng man nicht von der Sitte ab, den ersten Interrex, der nicht in einer regelmässig von einem Magistrate berufenen Versammlung der Patricier, von Privaten ernannt ist, die Wahl nicht leiten zu lassen. — *Rutilium,* 8, 22, *tertium; Papirium*, s. 8, 23, 17, vgl. ib. 17, 1.

8. 1. *sic en. pl.*, in ähnlichen Fällen findet ein solcher Zusatz nicht statt, und er scheint hier darauf hinzudeuten, dass die Consuln früher als gewöhnlich abgegangen sind, s. Zonar. l. l.: *τοὺς δ' ὑπάτους μὲν παραυτίκα ἔπαυσαν,* und c. 7, 14: *taedebat populum* etc. unten § 14. — *sollemnibus* etc., s. 6, 1, 9; Gell. 14, 7, 9: *Varro scribit — de rebus divinis prius quam humanis referendum esse,* also über religiöse Gegenstände, Opfer, Sühnung von Prodigien u. s. w — *fasces,* 8, 12, 13; dieser hatte also den Vorsitz. — *pace,* c. 1, 1.

2. *dic,* s. 1, 32, 12: *dic — quid censes*, n. *de pace Caudina.* — *inquit*, 1, 32, 6. — *surrexit,* die Senatoren hielten längere Vorträge stehend.

3. *consules*, er redet diese an, weil sich das sogleich Folgende auf dieselben bezieht, s. c. 9, 10. — *non honoris*, weil sonst nur die angesehensten Männer zuerst aufgerufen werden, s. 5, 20, 4. — *non tamq.* etc., s. Cic. Verr. 5, 31, 82: *si non tamquam virum, sed tamquam aemulum removisset.*

4. *noxa*, 8, 35, 5, im Gegensatze von *poena*, Widerrechtlichkeit, Widersetzlichkeit gegen den Willen des Staates, die sie in der Ueberschreitung ihrer Vollmacht an den Tag gelegt haben. — *paucis p.*, 3, 40, 5. — *me*, darauf liegt der Nachdruck, denn Postumius unterscheidet zwei Arten von Sponsionen: die eine welche nur für die Spondirenden, die andere welche

strinxi; qua tamen, quando iniussu populi facta est, non 5
tenetur populus Romanus, nec quicquam ex ea praeterquam
corpora nostra debentur Samnitibus. dedamur per fetiales 6
nudi vinctique; exsolvamus religione populum, si qua obligavimus, ne quid divini humanive obstet, quo minus iustum
piumque de integro ineatur bellum. interea consules exer- 7
citum scribere armare educere placet, nec prius ingredi hostium fines quam omnia iusta in deditionem nostram perfecta
erunt. vos, dii inmortales, precor quaesoque, si vobis non 8
fuit cordi Sp. Postumium T. Veturium consules cum Samnitibus prospere bellum gerere, at vos satis habeatis vidisse 9
nos sub iugum missos, vidisse sponsione infami obligatos,
videre nudos vinctosque hostibus deditos omnem iram hostium nostris capitibus excipientes. novos consules legio- 10
nesque Romanas ita cum Samnite gerere bellum velitis, ut
omnia ante nos consules bella gesta sunt." quae ubi dixit, 11
tanta simul admiratio miseratioque viri incessit omnes, ut
modo vix crederent illum eundem esse Sp. Postumium, qui
auctor tam foedae pacis fuisset, modo miserarentur, quod 12
vir talis etiam praecipuum apud hostes supplicium passurus
esset ob iram diremptae pacis, cum omnes laudibus modo 13
prosequentes virum in sententiam eius pedibus irent, tem-

auch für den Staat verbindlich ist, zur letzteren ist die Autorisation des Staates erforderlich, daher *iniussu p. R.*, vgl. c. 10, 9.

5. *tamen*, in Bezug auf das Zugeständniss in *me* — *obstrinxi* — *praeterquam c. n.*, weil nur sie für das Versprochene zu haften verpflichtet sind.

6. *dedamur*, dieses geschieht sonst, wenn ein *foedus* geschlossen ist, s. Epitom. 56: *ad exsolvendum Numantini foederis religione populum Mancinus — Numantinis deditus*, und auch a. u. St. bezog sich wol die Verhandlung auf ein Bündniss, während sie L. auf die Sponsion bezieht, wodurch Manches unklar wird. — *exsolvamus r.*, 7, 3, 9. — *si qua obl.*, eine religiöse Verpflichtung entsprang nur durch ein *foedus*, s. c. 5, 2, nicht aus einer *sponsio*, wie sie L. denkt, daher ist dieselbe als zweifelhaft hingestellt. — *divini hum.* etc. (= *fas*, *ius*), in chiastischer Stellung zu *iustum piumque*, s. c. 1, 10.

7. *nec*, jedoch nicht. — *iusta*, was nach dem Fetialrechte geschehen muss. — *in ded.*, für dieselbe, was zur Ausführung nöthig ist.

9. *at*, c. 1, 8. — *satis h.*, 8, 2, 10. — *videre*, warum nicht wieder *vidisse?* — *excipientes*, 8, 10, 7.

12. *praecipuum*, eine besondere, nur ihn treffende. — *diremptae*, aufgelöst, aufgehoben.

13. *laudibus modo* kann erklärt werden: ohne ihn noch weiter zu bedauern oder etwas Anderes zu thun, sondern nur u. s. w., doch ist es wahrscheinlicher, dass ein zweites *modo miserarentur* entsprechendes Glied ausgefallen ist; Dobree vermuthet *ultro* st. *modo*. — *virum*, 2, 40, 9. — *in sent.* etc., sie stellen sich bei der dis-

ptata paulisper intercessio est ab L. Livio et Q. Maelio tri-
14 bunis plebis, qui neque exsolvi religione populum aiebant deditione sua, nisi omnia Samnitibus, qualia apud Caudium
15 fuissent, restituerentur; neque se pro eo quod spondendo pacem servassent exercitum populi Romani poenam ullam meritos esse; neque ad extremum, cum sacrosancti essent, dedi
9 hostibus violarive posse. Tum Postumius „dedite interea, [dedite]“ inquit „profanos nos, quod salva religione potestis: dedetis deinde et istos sacrosanctos, cum primum magistratu
2 abierint; sed, si me audiatis, priusquam dedantur hic in comitio virgis caesos, hanc iam ut intercalatae poenae usuram
3 habeant. nam quod deditione nostra negant exsolvi religione

cessio, s. 3, 41, 1, auf seine Seite. — *Livio,* bei Cic. Off. 3, 30: *Ti. Numicius.*

14. *exsolvi r.*, auch hier wird ein foedus vorausgesetzt. — *aiebant,* so oft auch *dicere,* nicht *negare,* wenn ein negativer Satz mit Nachdruck vorangestellt ist. — *nisi om.*, diese rechtlich allein zu billigende Ansicht, s. c. 11, wird also wenigstens zur Sprache gebracht.

15. *se — spondendo,* da die Tribunen die Stadt nicht verlassen dürfen, müssen sie entweder in einem besonderen Auftrage im Lager gewesen sein, s. c. 36, 14, oder sie sind, als sie im Heere dienten, bereits designirt gewesen, oder nach ihrer Rückkehr gewählt worden. Die Senatssitzung müsste dann nach ihrem Amtsantritte d. 10. Decbr. 434 statt gehabt haben, der Vertrag im Sommer 433 geschlossen und die Consuln lange vor der Zeit abgegangen sein, s. § 1; c. 7, 14. Da jedoch weder feststeht, wann in dieser Zeit die Consuln ihr Amt antraten, s. Becker 2, 2, 100; noch ob dieser Termin in diesem Jahre beobachtet worden sei, noch wie lange die Consuln in Samnium gestanden haben, so lässt sich die, wie es scheint, absichtlich in den Annalen verdunkelte Sache schwerlich entscheiden. Cic. Off. I. l. sagt: *eodemque tempore Ti. Numicius, Q. Maelius, qui tum tribuni pl. erant, quod eorum auctoritate pax erat facta, dediti sunt;* woraus nicht klar wird, ob sie in ihrer Eigenschaft als Tribunen oder ehe sie es wurden den Frieden zu schliessen gerathen haben, s. Nieb. R. G. 3, 257. — *pro eo,* 4, 56, 1, — *ad extr.* = *denique,* vgl. 1, 54, 2. — *violarive,* oder auch nur, s. c. 10, 7.

9. 1. *dedite,* in einigen Hdss. steht: *dedite interea dedite,* in anderen *interea dedite,* durch dieses würde der Gegensatz zwischen *dedite — dedetis,* durch jenes der zwischen *profanos — sacrosanctos* geschwächt. — *profan. n.,* s. 3, 19, 7.

2. *intercal. poen.* etc., damit sie so, dadurch (*hanc,* c. 3, 12) für die verschobene Strafe Zinsen davontragen. Sonst kommt *intercalatus* in dieser Bedeutung nicht vor, und scheint hier nur gebraucht, weil der Aufschub der Strafe in der Einschiebung des Tribunates zwischen Schuld und Strafe seinen Grund hat. — *usuram hab.* wird sonst von den Gläubigern gesagt, welche die Zurückzahlung des Capitals für Zinsen, die s i e erhalten, zu verschieben gestatten, hier wird ironisch die Geisselung als Zins für den Aufschub dargestellt.

3. Eine gültige Sponsion kann nur im Auftrage des Volkes eingegangen werden. — *negant exsolvi* etc., die c. 8, 14 hinzugefügte Be-

populum, id istos magis, ne dedantur, quam quia ita se res habeat, dicere, quis adeo iuris fetíalium expers est qui ignoret? neque ego infitias eo, patres conscripti, tam sponsiones quam foedera sancta esse apud eos homines, apud quos iuxta divinas religiones fides humana colitur: sed iniussu populi nego quicquam sanciri posse quod populum teneat. an si eadem superbia, qua sponsionem istam expresserunt nobis Samnites, coegissent nos verba legitima dedentium urbes nuncupare, deditum populum Romanum vos, tribuni, diceretis, et hanc urbem templa delubra fines aquas Samnitium esse? omitto deditionem, quoniam de sponsione agitur. quid tandem, si spopondissemus urbem hanc relicturum populum Romanum; si incensurum; si magistratus, si senatum, si leges non habiturum; si sub regibus futurum? di meliora, inquis. atqui non indignitas rerum sponsionis vinculum levat. si quid est in quo obligari populus possit, in omnia potest. 4 5 6 7

dingung, also die Hauptsache wird übergangen, vgl. c. 11. — *iuris fet.,* das Recht, nach dem die Fetialen verfuhren, 1, 32, 5. Dass in diesem die Auslieferung der Sponsoren wie derer, die ein foedus geschlossen hatten, s. c. 8, 6; Cic. Or. 1, 40, 32; Caec. 34, angeordnet gewesen sei, wird sonst nicht berichtet. Auch entscheiden in solchen Fällen nicht die Fetialen, sondern der Senat.

4. *infitias eo — nego,* s. 6, 40, 4. — *sponsiones,* die Hdss. haben *sponsores,* wozu jedoch *sancta* weder sachlich noch sprachlich passen würde. — *iuxta,* unmittelbar, zunächst nach, vgl. 1, 21, 1. Im Folg. scheint *divinas rel.* zunächst auf *foedera,* dagegen *fides humana* auf *sponsiones* chiastisch sich zu beziehen. Dass übrigens die sponsio als Staatsvertrag an sich bindend war, nicht erst der nachfolgende Friede, geht theils aus c. 41, 20 hervor, theils aus Cic. Balb. 12, 29: *ut quaeque* (civitas) *nobis cum maxime societate, amicitia, sponsione, pactione, foedere coniuncta est,* und L. selbst scheint durch *nego* etc. anzudeuten, dass der Grundsatz, den er den Redner beweisen lässt, ein neuer, erst seit dem vorliegenden Falle, s. c. 5, 1, zur Geltung gekommen sei. — *sanciri,* wie vorher *sancta,* unter die Bürgschaft der Götter stellen, so dass der Verletzende sacer wird oder ihn eine Capitalstrafe trifft, s. 4, 51, 4. — *quod p. t.,* was den Staat verpflichte.

5. *nuncupare,* s. 8, 9, 8. — *fines aq.,* 1, 38, 2: *agros aquam terminos;* die Stelle zeigt zugleich, dass auch die Dedition nur im Auftrage des Volkes erfolgen konnte, wie nach § 4 die sponsio.

6. *di meliora,* 6, 18, 9; Zumpt § 773. — *atqui:* wenn man das zugiebt, dann folgt, dass auch über geringere Dinge eine Sponsion nicht eingegangen werden kann; denn weder derGegenstand derSponsion noch die Person des Spondirenden § 7, sondern nur der Auftrag des Staates giebt ihr Gültigkeit, vgl. Cic. Parad. 3, 1, 20. — *inquis,* 6, 40, 8.

7. *in quo,* Cic. Caec. 3, 7: *si quis quod spopondit, qua in re verbo se obligavit uno* etc., doch sollte man wegen *omnia* hier *quod* erwarten, s. 5, 11, 14. — *hoc,* dass

et ne illud quidem, quod quosdam forsitan moveat, refert, 8 consul an dictator an praetor spoponderit. et hoc ipsi etiam Samnites iudicaverunt, quibus non fuit satis consules spondere, sed legatos quaestores tribunos militum spondere coe- 9 gerunt. nec a me nunc quisquam quaesiverit, quid ita spoponderim, cum id nec consulis ius esset, nec illis spondere pacem, quae mei non erat arbitrii, nec pro vobis, qui nihil 10 mandaveratis, possem. nihil ad Caudium, patres conscripti, humanis consiliis gestum est: dii inmortales et vestris et ho- 11 stium imperatoribus mentem ademerunt. nec nos in bello satis cavimus; et illi male partam victoriam male perdiderunt, dum vix locis quibus vicerant credunt, dum quacumque 12 condicione arma viris in arma natis auferre festinant. an si sana mens fuisset, difficile illis fuit, dum senes ab domo ad consultandum accersunt, mittere Romam legatos, cum senatu, 13 cum populo de pace ac foedere agere? tridui iter expeditis erat. interea in indutiis res fuisset, donec ab Roma legati aut victoriam illis certam aut pacem adferrent. ea demum 14 sponsio esset, quam populi iussu spopondissemus. sed neque vos tulissetis nec nos spopondissemus, nec fas fuit alium rerum exitum esse, quam ut illi velut somnio laetiore quam quod mentes eorum capere possent nequiquam eluderentur, 15 et nostrum exercitum eadem quae inpedierat fortuna expe-

es auf die Person des Spondirenden nicht ankomme, Jeder die Sponsion vollziehen könne.

8. *iudicaverunt*, 8, 19, 10.

9. Die Sponsion ist ohne Ueberlegung von beiden Seiten eingegangen worden, § 9—15. — *nec — quaes.*, 5, 53, 3: *nec mirati sitis.* — *nec consulis — possem* zerlegt den Gedanken: da ich ohne von euch beauftragt zu sein, für euch keinen Vertrag eingehen durfte, durch denselben meine Vollmacht überschritt. Doch ist *vobis* nicht genau, da nicht der Senat die Vollmacht ertheilte, sondern nach § 4 das Volk.

10—11. *mentem ade.*, die ἄτη. Anders Zonar. οἱ γοῦν ἀπατήσαντες (Σαυνῖται) εἰ ἀντηπατήθησαν οὐκ ἂν δύναιντο δικαίως ἐγκαλεῖν τοῖς ἀνταπατήσασι. — *dum,* dadurch dass, s. praef. 2.

12. *difficile f.*, Zumpt § 518; 24, 5, 1. *illis* gehört auch zu *fuisset.* — *de pace a. foed.*, einen Frieden, der in Folge eines Bündnisses geschlossen, durch dasselbe garantirt wäre.

13. *victoriam* ist nach § 11; c. 12, 2 rhetorische Uebertreibung. Eben so wenig wäre nach der Verhandlung über das foedus mit dem Volke eine sponsio der Feldherrn erforderlich gewesen: *ea demum* etc. *certam* gehört auch zu *pacem.*

14. *neque — nec*, c. 3, 12. — *nec n. spop.* ist Folge von *nec vos tul.*, der Grund für beide Behauptungen liegt in dem die Wirklichkeit bezeichnenden *nec fas f.* — *quam q.* etc., 3, 7, 2. — *nequiquam el.*, so getäuscht wurden, dass Alles, was sie gethan haben, ohne Erfolg war.

15. *inpedierat — exp.*, 8, 38, 12.

diret; vanam victoriam vanior inritam faceret pax; sponsio interponeretur, quae neminem praeter sponsorem obligaret. quid enim vobiscum, patres conscripti, quid cum populo 16 Romano actum est? quis vos appellare potest, quis se a vobis dicere deceptum? hostis an civis? hosti nihil spopondistis, civem neminem spondere pro vobis iussistis. nihil ergo 17 vobis nec nobiscum est, quibus nihil mandastis, nec cum Samnitibus, cum quibus nihil egistis. Samnitibus sponsores 18 nos sumus rei satis locupletes in id quod nostrum est, in id quod praestare possumus, corpora nostra et animos: in haec saeviant, in haec ferrum, in haec iras acuant. quod 19 ad tribunos attinet, consulite, utrum praesens deditio eorum fieri possit, an in diem differatur: nos interim, T. Veturi vosque ceteri, vilia haec capita luendae sponsionis feramus, et nostro supplicio liberemus Romana arma." Movit patres **10** conscriptos cum causa tum auctor, nec ceteros solum sed tribunos etiam plebei, ut se in senatus dicerent fore potestate. magistratu inde se extemplo abdicaverunt, traditique 2 fetialibus cum ceteris Caudium ducendi. hoc senatus consulto facto lux quaedam adfulsisse civitati visa est. Postumius in 3 ore erat; eum laudibus ad caelum ferebant, devotioni P. De-

— *vanam — van.*, 1, 7, 8. — *quae nem.* etc. ist der wichtigste Gedanke, welcher § 16—19 weiter ausgeführt wird.

16. *appellare*, euch mahnen euere Pflicht zu erfüllen, Cic. Att. 1, 8 extr.

18. *sponsores* etc., wir haben uns verbindlich gemacht, sind zahlungsfähige Schuldner, oder Bürgen für das was u. s. w., stehen ein für das, wofür wir uns verpflichtet haben, s. Tac. Dial. 5; Gaius Dig. L. 16, 234, § 1: *locuples est qui satis idonee habet pro magnitudine rei, quam petitor restituendam esse petit;* Dig. XII, 1, 41: *reum locupletem offerre.* — *in id* etc. scheint von dem im Vorherg. enthaltenen Begriffe der Verpflichtung abzuhängen, wie in *fidem dare in aliquid*, 32, 24, 7; 33, 30, 10: wir haben uns nur, für uns mit unserer Person verbindlich gemacht, nicht für den Staat. Andere verbinden *in id — animos* mit dem Folgenden.

19. *in diem*, auf eine (bestimmte) Frist, § 1. — *differatur*, zu verschieben sei. — *luendae sp.*, um sie aufzulösen, 3, 24, 1. — *feramus*, (den Feinden) darbringen. — *liberemus*, den Staat von der Verpflichtung Frieden zu schliessen befreien, und ihm das Recht die Waffen zu ergreifen geben.

10. 1. *causa*, wahrscheinlich waren es andere Gründe, welche die Tribunen bestimmten, da die angeführten ihre Ansicht nicht widerlegen konnten, s. c. 9, 3. — *ceteros*, 1, 1, 1. — *in pot. f.*, 3, 21, 1.

2—3. *abdicarunt*, wie die Consuln c. 8, 1. — *fetialibus*, sie besorgen nur die äusseren Formalitäten, s. c. 9, 3. — *senatus cons.*, das Volk ist bei der ganzen Sache nicht betheiligt. — *devotioni*, s. 8, 18, 11. — *aliis*, 7, 6.

4 cii consulis, aliis claris facinoribus aequabant. emersisse civitatem ex obnoxia pace illius consilio et opera; ipsum se cruciatibus et hostium irae offerre, piaculaque pro populo 5 Romano dare. arma cuncti spectant et bellum: en umquam futurum ut congredi armatis cum Samnite liceat?

6 In civitate ira odioque ardente dilectus prope omnium voluntariorum fuit. rescriptae ex eodem milite novae legio- 7 nes, ductusque ad Caudium exercitus. praegressi fetiales ubi ad portam venere, vestem detrahi pacis sponsoribus iubent, manus post tergum vinciri. cum apparitor verecundia maiestatis Postumi laxe vinciret, „quin tu" inquit „adduces 8 lorum, ut iusta fiat deditio!" tum ubi in coetum Samnitium et ad tribunal ventum Pontii est, A. Cornelius Arvina fetia- 9 lis ita verba fecit: „quandoque hisce homines iniussu populi Romani Quiritium foedus ictum iri spoponderunt, atque ob eam rem noxam nocuerunt, ob eam rem, quo populus Romanus scelere inpio sit solutus, hosce homines vobis dedo." 10 haec dicenti fetiali Postumius genu femur quanta maxime poterat vi perculit, et clara voce ait se Samnitem civem esse,

4. *obnoxia p.*, 6, 28, 7. — *pace*, den einzugehen man sich verpflichtet gefühlt hätte, wenn nicht *Postumius*, welcher der Anschaulichkeit wegen in der ganzen Darstellung allein genannt ist, s. 5, 47, 7, die Schuld auf sich genommen hätte. — *piacula*, 8, 10, 7.

5. *en un.*, s. 4, 3, 10: formula est vehementer optantium per interrogationem aut etiam indignantium, Gronov.

6. *dilectus*, die Aushebung ergab, die Ausgehobenen waren lauter Freiwillige, 5, 16, 5. — *rescriptae*, wieder gebildet durch die Einzeichnung derselben Soldaten in das Album der Legionen, s. 7, 41, 4.

7. *quin — adduces*, statt des imperativ. oder praesens, s. 8, 32, 6, vgl. Plaut. Rud. 4, 3, 9: *quin audies.* — *iusta*, s. c. 1, 10.

8. *coetum*, wie 8, 39, 10: *concilium.* — *tribunal*, wie in Rom. — *Pontius* ist praetor. — *fetialis*, der pater patratus, s. die Stelle zu § 10; 1, 24, 3.

9. *quandoque*, 8, 7, 15. — *hisce*, alterthümliche Pluralform, die das *s*, wie in der dritten Declination bewahrt hat. Sie findet sich bis in das 7. Jahrh. auf Inschriften, z. B.: *heisce magistreis eisdem* st. *iidem; eis; publiceis; ques* u. a. — *foedus* etc., c. 5, 2; 5. — *noxam* (c. 8, 4) *noc.*, s. 6, 42, 5; 8, 39, 16 u. a. — *ob eam r. n.*, deswegen, dadurch; dagegen: *ob eam r. q.*, deswegen, damit = *ob id (eo) quo.* — *scelere inp.*, wenn der Staat sie behielte und ihr Versprechen nicht erfüllte, würde er ihre Ruchlosigkeit theilen. Auch dieser Gedanke passt mehr auf ein foedus.

10. *maxime*, s. c. 24. 9; 10, 40, 8; 21, 41, 4; 24, 35, 5, sonst ist *quantus maximus* gewöhnlicher, vgl. 7, 9, 8. — *Samnitem*, dafür erklärt er sich in der Voraussetzung, dass die Dedition angenommen wird, Cic. Caec. 34, 98: *quid? quem pater patratus dedidit — quo is iure amittit civitatem? ut religione civitas solvatur, civis Romanus deditur; qui cum est acceptus, est eorum, quibus*

illum legatum fetialem a se contra ius gentium violatum; eo iustius bellum gesturos. Tum Pontius „nec ego istam dedi- 11 tionem accipiam," inquit „nec Samnites ratam habebunt. quin tu, Spuri Postumi, si deos esse censes, aut omnia in- 2 rita facis aut pacto stas? Samniti populo omnes, quos in potestate habuit, aut pro his pax debetur. sed quid ego te 3 appello, qui te captum victori cum qua potes fide restituis? populum Romanum appello, quem si sponsionis ad Furculas Caudinas factae paenitet, restituat legiones intra saltum, quo saeptae fuerunt. nemo quemquam deceperit, omnia pro in- 4 fecto sint, recipiant arma quae per pactionem tradiderunt, redeant in castra sua, quidquid pridie habuerunt quam in conloquium est ventum, habeant: tum bellum et fortia consilia placeant, tum sponsio et pax repudietur. ea fortuna, 5 his locis, quae ante pacis mentionem habuimus, geramus bellum; nec populus Romanus consulum sponsionem nec nos fidem populi Romani accusemus. numquamne causa defiet, 6 cur victi pacto non stetis? obsides Porsinae dedistis: furto eos subduxistis. auro civitatem a Gallis redemistis: inter accipiendum aurum caesi sunt. pacem nobiscum pepigistis, 7 ut legiones vobis captas restitueremus: eam pacem inritam facitis. et semper aliquam fraudi speciem iuris inponitis.

est deditus. — *illum leg. fet.*, jener, ein Gesandter, der Fetial sei, s. c. 11, 11; 1, 24, 4. — *contra i. g.*, 1, 14, 1. — *eo iustius,* nun, nach der Auslieferung, den an sich schon gerechten Krieg.

11. 1. *Tum P.* etc., obgleich L. die Schuld der Römer zu vermindern sucht, lässt er doch ihre Treulosigkeit nicht ungerügt, und den Redner das ausführen, was c. 8, 14 die Tribunen nur angedeutet haben. — *Samnites,* das concilium derselben, er scheint also dessen Bestätigung zu erwarten.

3. *pop. R. a.,* c. 9, 16, nur das Volk hätte die Auslieferung der Legionen anordnen können, nicht die abgetretenen Consuln.

4. *nemo q. dec.* ist hier eigentliches Perfect, s. Z. § 528: soll betrogen haben, dagegen § 13: *moratus s. nemo*, wie 5, 53, 3: *nemo q.* verallgemeinernd st. *neuter alterum.* — *pro inf.*, sei so gut als nicht geschehen, gelte als etwas nicht Geschehenes, vgl. 7, 6, 8; 8, 36, 3. — *fortia c.,* Naegelsbach Stil. 189.

5. *ea f.,* in der Lage, wo Einschluss, Mangel u. s. w. auf der einen Seite, Sieg auf der anderen war. — *his,* weil der Ort in der Nähe war. — *quae* bezieht sich auf beide Nomina; eben so *habuimus,* in etwas verschiedener Bedeutung. — *fidem,* die nicht hält, was versprochen ist und gehalten werden sollte, s. Plaut. Merc. 2, 3, 85: *tuam accusari fidem,* vgl. Liv. 2, 19, 6; 1, 9, 13.

6—7. *defiet=deficiet,* vgl. 5, 50, 7: *confieret.* — *furto,* 2, 13. — *inter acc. a.*, c. 4, 8; 6, 11, 5; 5, 49, 1. — *pepigistis* n. *factum iri,* c. 10, 9. — *speciem i.*, weil schon durch die Beobachtung der Formalitäten des Fetialrechtes ein

8 non probat populus Romanus ignominiosa pace legiones servatas? pacem sibi habeat, legiones captas victori restituat. hoc fide, hoc foederibus, hoc fetialibus caerimoniis dignum 9 erat. ut quidem tu quod petisti per pactionem habeas, tot cives incolumes, ego pacem, quam hos tibi remittendo pactus sum, non habeam, hoc tu, A. Corneli, hoc vos, fetiales, 10 iuris gentibus dicitis? ego vero istos, quos dedi simulatis, nec accipio nec dedi arbitror; nec moror, quo minus in civitatem obligatam sponsione commissa iratis omnibus diis, 11 quorum eluditur numen, redeant. gerite bellum, quando Sp. Postumius modo legatum fetialem genu perculit. ita dii credent Samnitem civem Postumium non civem Romanum esse, et a Samnite legatum Romanum violatum, eo vobis iustum 12 in nos factum esse bellum. haec ludibria religionum non pudere in lucem proferre, et vix pueris dignas ambages se- 13 nes ac consulares fallendae fidei exquirere! i, lictor, deme vincla Romanis: moratus sit nemo, quo minus ubi visum fuerit abeant." et illi quidem, forsitan et publica, sua certe liberata fide ab Caudio in castra Romana inviolati redierunt.

12 Samnitibus pro superba pace infestissimum cernentibus renatum bellum omnia, quae deinde evenerunt, non in animis

Krieg ein *iustum* wurde, s. c. 1, 10.

8. *non pr.,* 8, 13, 15. — *pacem s. h.,* es mag ihn für sich behalten, aber das für denselben Empfangene herausgeben. — *foederibus* kann nach L's Ansicht, da es sich um eine *sponsio* handelt, nur allgemein genommen werden; eben so § 4 u. 9 *pactio,* überhaupt ein gegenseitiges, auch ohne Bestätigung des Staates gültiges Uebereinkommen, ein beliebig ausgedrücktes Versprechen. — *dignum e.,* das hätte geschehen sollen nach u. s. w.

9. *ut q.,* dass aber du. — *hos,* die *cives.* — *hoc — iuris,* s. 7, 26, 12; statt: *hoc indignum est* etc. lässt L. eine rhetor. Frage folgen.

10. *ego vero,* nein ich nehme nicht an u. s. w., Naegelsbach S. 552. — *nec dedi,* ich halte es nicht für eine Auslieferung, da die Legionen zurückbehalten werden. — *sponsione com.,* die angetretene, oder verwirkte Sponsion, indem das von der Gegenpartei Geleistete (die Herausgabe des Heeres) angenommen, das, wozu man sich dagegen verpflichtet hatte, nicht geleistet ist.

11—13. *liberata f.,* dadurch dass sie Wort gehalten hatten. — *non pudere,* Z. § 609. — *ambages* gehört auch zu *fallendae fidei.* — *lictor,* wie bei den Römern. — *et illi q.,* sie im Gegensatze zu den Samniten, vgl. 2, 2, 9. — *forsitan et p.,* nach dem Vorhergeh. c. 5; 8; 9 sollte man die schwankende Erklärung nicht erwarten, vgl. Mommsen S. 239.

12. 1. *superba,* vgl. c. 4. 4. — *evenerunt,* die meisten Hdss. haben *venerunt,* was jedoch mit einem Dativ, s. 7, 29, 3; 10, 45, 11 u. a., oder mit *sorte* 8, 1, 2 u. a. verbunden sein müsste. — *in animis* hat sich an *in manibus* angeschlossen, sonst heisst *in animo esse* sich erinnern, oder beabsichtigen, 31, 18, 4, vgl. 6. 28, 6.

solum sed prope in oculis esse, et sero ac nequiquam lau- 2
dare senis Pontii utraque consilia, inter quae se media lapsos
victoriae possessionem pace incerta mutasse, et beneficii et
maleficii occasione amissa pugnaturos cum eis, quos potuerint in perpetuum vel inimicos tollere vel amicos facere.
adeoque nullodum certamine inclinatis viribus post Caudinam 3
pacem animi mutaverant, ut clariorem inter Romanos deditio
Postumium quam Pontium incruenta victoria inter Samnites
faceret, et geri posse bellum Romani pro victoria certa habe- 4
rent, Samnites simul rebellasse et vicisse crederent Romanum.

Inter haec Satricani ad Samnites defecerunt, et Fregel- 5
lae colonia necopinato adventu Samnitium — fuisse et Satricanos cum iis satis constat — nocte occupata est. timor
inde mutuus utrosque usque ad lucem quietos tenuit: lux 6
pugnae initium fuit, quam aliquamdiu aequam, et quia pro
aris ac focis dimicabatur, et quia ex tectis adiuvabat inbellis multitudo, tamen Fregellani sustinuerunt. fraus deinde 7
rem inclinavit, quod vocem audiri praeconis passi sunt, incolumem abiturum qui arma posuisset. ea spes remisit a
certamine animos, et passim arma iactari coepta. pertinacior 8
pars armata per aversam portam erupit, tutiorque eis audacia fuit quam incautus ad credendum ceteris pavor, quos

2. *utraque*, Z. § 141; 22, 46, 3; 6, 27, 9 u. a. — *media* wird oft zu dem als Attribut gefügt, in dessen Mitte etwas geschieht, s. zu 8, 24, 14; 7, 3, 2; 38, 41, 10: *per medios Thraces*, und ist hier auf *quae* zu beziehen: zwischen denen mitten durch. — *pace*, 5, 30, 3. — *inimicos*, vernichten, so dass sie nicht mehr Feinde sein könnten, proleptisch.

3. *nullodum*, 5, 34, 6. — *inclinatis*, ehe noch das Gleichgewicht aufgehoben, ein Ausschlag hier oder dort hin erfolgt war. — *mutaverant*, intransitiv, 5, 19, 3 u. a.

12, 5. — **16.** Verlust von Saticula und Fregellae, Kämpfe in Samnium, Eroberung von Luceria.

5. *Satricani*, 8, 1. — *Fregellae*, 8, 22; die Samniten hatten c. 4, 4 die Räumung der Stadt verlangt, und erobern sie jetzt, da die Römer, was aus der Darstellung L's, der unmittelbar nach der Niederlage zwei consularische Heere im Felde erscheinen lässt, nicht hervorgeht, in den Kämpfen bei Caudium geschwächt sind, s. Nieb. R. G. 3, 259. — *occupata e.* Der folgende Kampf erfolgt in der Stadt, daher *ex tectis* etc., vgl. 1, 15, 3.

6. *tamen*, wenn es richtig ist, scheint anzudeuten, dass ungeachtet der Vortheile der Fregellaner, der Sieg für die Samniten zu erwarten gewesen wäre; doch ist es wahrscheinlich verdorben.

7. *passi s.*, wol die Fregellaner, die nicht hindern, dass es geschieht, und dadurch getäuscht werden. — *remisit* = *effecit ut animos remitterent.*

8. *incautus a. c. p.* = *per pavorem incauti et ad credendum proni.* — *quos* etc., die Stadt wird verschont, s. c. 28.

circumdatos igni nequiquam deos fidemque invocantes Samnites concremaverunt.

9 Consules inter se partiti provincias: Papirius in Apuliam ad Luceriam pergit, ubi equites Romani obsides ad Caudium dati custodiebantur; Publilius in Samnio substitit 10 adversus Caudinas legiones. distendit ea res Samnitium animos, quod nec ad Luceriam ire, ne ab tergo instaret hostis, nec manere, ne Luceria interim amitteretur, satis audebant. 11 optimum visum est committere rem fortunae et transigere cum Publilio certamen. itaque in aciem copias educunt.

13 Adversus quos Publilius consul cum dimicaturus esset, prius adloquendos milites ratus contionem advocari iussit. ceterum sicut ingenti alacritate ad praetorium concursum est, ita prae clamore poscentium pugnam nulla adhortatio imperatoris au-2 dita est. suus cuique animus memor ignominiae adhortator aderat. vadunt igitur in proelium urgentes signiferos, et ne mora in concursu pilis emittendis stringendisque inde gladiis esset, pila velut dato ad id signo abiciunt, strictisque gla-3 diis cursu in hostem feruntur. nihil illic imperatoriae artis ordinibus aut subsidiis locandis fuit: omnia ira militaris 4 prope vesano impetu egit. itaque non fusi modo hostes sunt, sed ne castris quidem suis fugam inpedire ausi Apuliam dissipati petiere; Luceriam tamen coacto rursus in unum 5 agmine est perventum. Romanos ira eadem, quae per mediam aciem hostium tulerat, et in castra pertulit. ibi plus

9. *in Apul.*, s. c. 13, 6. Es ist derselbe Kriegsplan wie 8, 37. — *Luceriam*, c. 2, 4, wahrscheinlich ist es in Folge der Caudinischen Niederlage gleichfalls zu den Samniten übergegangen oder ihnen abgetreten worden. — *obsides*, dass diese ungeachtet der Treulosigkeit der Römer nicht hingerichtet sind, ist ein Zeichen des Edelmuthes der Samniten, vgl. Nieb. R. G. 3, 258. — *Caudinas legion.*, entweder die Truppen der Caudiner, eines Stammes der Samniten, oder die samnit. Legionen, welche bei Caudium gekämpft haben; anders ist es 25, 6, 11 gebraucht.

11. *transigere*, (schnell) fertig zu werden.

13. 2—3. *adhortator ad.*, stand mahnend zur Seite, s. 1, 28, 1. — *urgentes s.*, 3, 27, 7. Die *signa* werden im Colonnenangriff vorangetragen, s. Marquardt 3, 2, 265. — *pila*, 6, 12, 8. — *feruntur*, 7, 15, 5. — *artis*, 8, 36, 4. — *ordinibus*, 8, 8, 4; *subsidiis l.*, 3, 39, 7. — *vesano*, vgl. 7, 33, 17.

4. *inpedire*, sie benutzten das Lager nicht um ihre Flucht zu hemmen, wie 7, 24, 8: *praeter castra praelati.* — *Luceriam*, sie wären also durch ganz Samnium verfolgt worden, was, wenn überhaupt der Sieg historisch ist, nicht so leicht gewesen sein dürfte. Der ganze Satz: *itaque — perventum* giebt die Folgen der Schlacht auf der Seite der Feinde an; das was unmittelbar nach derselben die Römer tha-

quam in acie sanguinis ac caedis factum, praedaeque pars maior ira corrupta. — Exercitus alter cum Papirio consule 6 locis maritimis pervenerat Arpos per omnia pacata Samnitium magis iniuriis et odio quam beneficio ullo populi Romani. nam Samnites ea tempestate in montibus vicatim ha- 7 bitantes campestria et maritima loca contempto cultorum molliore atque, ut evenit fere, locis simili genere ipsi montani atque agrestes depopulabantur. quae regio si fida Sa- 8 mnitibus fuisset, aut pervenire Arpos exercitus Romanus nequisset, aut interiecta inter Romam et Arpos penuria rerum omnium exclusos a commeatibus absumpsisset. tum quoque 9 profectos inde ad Luceriam, iuxta obsidentes obsessosque, inopia vexavit. omnia ab Arpis Romanis suppeditabantur, ceterum adeo exigue, ut militi occupato stationibus vigiliisque et opere eques folliculis in castra ab Arpis frumentum veheret, interdum occursu hostium cogeretur abiecto ex equo

ten § 5; *castra* ist daher das § 4 erwähnte Lager, in dem die Besatzung niedergemacht wird. — *sanguinis a. c.*, 2, 30, 15.

6. *cum P.*, 10, 25, 15 u. a., wir sagen umgekehrt: Papirius mit u. s. w. — *locis m.*, s. c. 2, 6. — *Arpos*, eine alte auf Diomedes zurückgeführte Stadt in der Mitte von Apulien. — *omnia*, lauter friedlich gesinnte Gegenden. — *iniuriis*, Einfälle und Raubzüge.

7. *Samnites* etc., in den Gebirgen erhielt sich der Charakter des Volkes, während die Bewohner der Ebene in dem milderen Klima unter der zurückgebliebenen Bevölkerung und durch die griechischen Städte in der Nähe bald verweichlichten und hellenisirt wurden, und so ihren Stammgenossen feindlich gegenüber traten, wie Capua. Indess gehörten die Apuler auch einem anderen Volksstamme an, s. 8, 37; Mommsen Unterital. Dial. S. 91; 97; R. G. 1, 77; 226; 234, der den Samniten gegenüber in Rom seine Stütze hatte, s. 8, 25. — *vicatim*, wie die Stammväter der Samniten, 2, 62, 3. — *genere*, s. 8, 24, 6. — *ipsi mont.* wiederholt des Gegensatzes wegen den schon in *in montibus hab.* liegenden Begriff. — *agrestes*, 1, 22, 2.

8. *quae regio*, die ganze Seeküste, auch das Land der Frentaner, welche jetzt Rom befreundet sind. L. denkt zwei Fälle, entweder hätten die Römer nicht durchziehen können, oder würden, wenn sie den Durchzug erzwungen hätten, von aller Zufuhr abgeschnitten worden sein. — *interiecta* n. *regio*, es ist der Gegend beigelegt, was den Einwohnern zukam. — *inter Rom. et A.*, ausser der Küste auch das Gebiet der Marser und Vestiner, welche aber Rom befreundet oder unterworfen sind, 8, 29. — *exclusos* etc. ist nur Erklärung von *penuria*.

9. *tum quoque*, auch jetzt, obgleich sie glücklich bis Arpi gekommen, und die zwischen Rom und Apulien wohnenden Völker befreundet waren, und bei der geringen Entfernung von Arpi, war man doch in Noth. — *obsidentes* durch *omnia* etc.; *obsessos* durch *artiora* etc. erklärt. — *militi*, den Fusssoldaten. — *ut* — *cogeretur* kann nur insofern als Erklärung von *adeo exigue* betrachtet werden, als auch durch das Abwerfen

10 frumento pugnare. obsessis prius, quam alter consul victore exercitu advenit, et commeatus ex montibus Samnitium in- 11 vecti erant et auxilia intromissa. artiora omnia adventus Publilii fecit, qui obsidione delegata in curam collegae vacuus per agros cuncta infesta commeatibus hostium fecerat: 12 itaque cum spes nulla esset diutius obsessos inopiam laturos, coacti Samnites, qui ad Luceriam castra habebant, undique contractis viribus signa cum Papirio conferre.

14 Per id tempus parantibus utrisque se ad proelium legati Tarentini interveniunt denuntiantes Samnitibus Romanisque, ut bellum omitterent: per utros stetisset, quo minus discederetur ab armis, adversus eos se pro alteris pugnatu- 2 ros. ea legatione Papirius audita perinde ac motus dictis eorum cum collega se communicaturum respondit; accitoque eo, cum tempus omne in apparatu pugnae consumpsisset, conlocutus de re haud dubia signum pugnae proposuit. 3 agentibus divina humanaque, quae adsolent cum acie dimicandum est, consulibus Tarentini legati occursare responsum 4 expectantes, quibus Papirius ait „auspicia secunda esse, Tarentini, pullarius nuntiat. litatum praeterea est egregie. auctoribus diis, ut videtis, ad rem gerendam proficiscimur.“ 5 signa inde ferre iussit et copias eduxit, vanissimam incre-

der Nahrungsmittel dieselben noch weniger wurden; genau genommen sollte man erwarten: *et interdum ea quae vehebant cogebantur abicere* etc.

10. *obsessis* etc., sie hatten zwar Zufuhr in der Zeit vor der Ankunft (daher *prius quam* nicht *priusquam*) aber nach derselben: *artiora* etc. — *ex mont.*, denn Luceria liegt schon am Fusse der Gebirge.

11—12. *vacuus*, ohne Besorgniss angegriffen zu werden, weil Papirius die Feinde eingeschlossen hielt, s. Tac. Agr. 37: *paucitatem — vacui spernebant.* — *qui ad L.* etc., das § 4 erwähnte Heer, da die Samniten nach c. 12, 10 ein anderes nicht haben.

14. 1. *Tarentini*, sie haben nach der Verbindung mit den Lucanern, 8, 27, wenigstens offen nichts gegen die Römer gethan, theils wegen der § 5 angedeuteten, theils wegen der Verhältnisse in Sicilien; Mommsen 1, 236; und erscheinen auch jetzt als neutral. — *utros*, s. 8, 6, 10.

2. *accito eo*, von seinen Streifzügen. — *pugnae — pugnae*, 1, 53, 4. — *de re h. d.*, der Gegenstand der Unterredung, dass nämlich eine Schlacht geliefert werden müsse, war ihnen nicht zweifelhaft, sie waren davon überzeugt, und so erfolgte das Zeichen zur Schlacht.

3—4. *divina*, Opfer, Auspicien; *humana*, Befehle, Anordnungen. — *adsolent.*, 1, 28, 2. — *ait*, 1, 24, 4. — *pullarius*, 8, 30, 2; er meldet die Auspicien durch die heiligen Hühner; *litatum* bezeichnet die aus den Eingeweiden des Opferthieres, 8, 9, 1.

5. *signa*, wie verschieden von *signum* § 2? — *ferre* u. *signiferos.* — *vanissimam*, 8, 22, 8. —

pans gentem, quae suarum inpotens rerum prae domesticis seditionibus discordiisque aliis modum pacis ac belli facere aequum censeret. Samnites ex parte altera cum omnem cu- 6 ram belli remisissent, quia aut pacem vere cupiebant, aut expediebat simulare, ut Tarentinos sibi conciliarent, cum instructos repente ad pugnam Romanos conspexissent, voci- 7 ferari se in auctoritate Tarentinorum manere, nec descendere in aciem, nec extra vallum arma ferre: deceptos potius quodcumque casus ferat passuros, quam ut sprevisse pacis auctores Tarentinos videantur. accipere se omen consules 8 aiunt, et eam precari mentem hostibus, ut ne vallum quidem defendant. ipsi inter se partitis copiis succedunt hostium 9 munimentis, et simul undique adorti, cum pars fossas explerent pars vellerent vallum atque in fossas proruerent, nec virtus modo insita sed ira etiam exulceratos ignominia stimularet animos, castra invasere, et pro se quisque, non haec 10 furculas nec Caudium nec saltus invios esse, ubi errorem fraus superbe vicisset, sed Romanam virtutem quam nec vallum nec fossae arcerent, memorantes caedunt pariter resi- 11 stentes fusosque, inermes atque armatos, servos liberos, puberes inpubes, homines iumentaque. nec ullum superfuisset 12 animal, ni consules receptui signum dedissent, avidosque caedis milites e castris hostium imperio ac minis expulissent. itaque apud infensos ob interpellatam dulcedinem irae con- 13 festim oratio habita est, ut doceretur miles, minime cuiquam 14 militum consules odio in hostes cessisse aut cessuros, quin duces sicut belli ita insatiabilis supplicii futuros fuisse, ni

suarum inp. r., das sich selbst nicht regieren könne; s. 8, 27, 6, vgl. Nieb. R. G. 3, 182 ff. — *modum — f.*, das Maass bestimmen, beschränken, 4, 24, 4; vgl. 44, 15, 5: *Rhodios — arbitria belli pacisque agere.*

6. *pacem*, wol die Friedenspartei, s. 8, 39. — *Tarenti nos s. c.*, sie wären jetzt die einzigen Verbündeten der Samniten gewesen.

7—9. *in auctor.* etc., s. 3, 21, 1. — *descendere — ferre*, wie oft die That statt des Wollens, 4, 51, 6 u. a. — *deceptos*, in Bezug auf § 2: *perinde ac* etc. — *quam ut*, 4, 12, 11; dagegen § 16: *quam*, 2, 15, 2. — *accipere s. o.*, 5, 55, 2: sie fänden darin eine Andeutung dass es wirklich so kommen werde. — *partitis*, Z. § 632. — *pars* etc., 4, 29, 3.

10—12. *haec*, 2, 38, 5. — *inermes — servos — inpubes* ist wol nur lebhafte Schilderung, da die Stadt nicht erobert wird, oder es soll angedeutet werden, dass auch das Lager von Flüchtigen erfüllt war. — *animal*, lebendes Wesen.

14. *duces*, gehört in etwas verschiedener Bedeutung zu *belli* und zu *supplicii*. — *insatiabilis*, an der man sich nicht sättigen kann, die keinen Ueberdruss erregt, in activer Bedeutung, s. Cic. N. D. 2, 39, 98; Hor. Od. 2, 14, 6: *illa-*

respectus equitum sescentorum, qui Luceriae obsides tene-
15 rentur, praepedisset animos, ne desperata venia hostes cae-
cos in supplicia eorum ageret, perdere prius quam perire
16 optantes. laudare ea milites, laetarique obviam itum irae
suae esse, ac fateri omnia patienda potius quam proderetur
salus tot principum Romanae iuventutis.

15 Dimissa contione consilium habitum, omnibusne copiis
Luceriam premerent, an altero exercitu et duce Apuli circa,
2 gens dubiae ad id voluntatis, temptarentur. Publilius consul
ad peragrandam profectus Apuliam aliquot expeditione una
populos aut vi subegit aut condicionibus in societatem acce-
3 pit. Papirio quoque, qui obsessor Luceriae restiterat, brevi
ad spem eventus respondit. nam insessis omnibus viis, per
quas commeatus ex Samnio subvehebantur, fame domiti Sa-
mnites, qui Luceriae in praesidio erant, legatos misere ad
consulem Romanum, ut receptis equitibus, qui causa belli
4 essent, absisteret obsidione. iis Papirius ita respondit: de-
buisse eos Pontium Herenni filium, quo auctore Romanos sub
iugum misissent, consulere, quid victis patiendum censeret.
5 ceterum quoniam ab hostibus in se aequa statui quam in se
ipsi ferre maluerint, nuntiare Luceriam iussit, arma sarcinas
iumenta multitudinem omnem inbellem intra moenia relin-
6 querent; militem se cum singulis vestimentis sub iugum
missurum, ulciscentem inlatam, non novam inferentem igno-
7 miniam. nihil recusatum. septem milia militum sub iugum

crimabilis; Virg. Aen. 10, 481: *penetrabilis* u. a.

15. *ne* etc., indem sie hätten verhüten wollen, dass u. s. w. — *supplicia* etc., ungeachtet des Blutbades § 11 hoffen sie, dass die Samniten die Geisseln schonen werden. — *perdere* n. die Ritter. — *quam per.*, s. praef. 12. — *obviam it.*, entgegentreten. — *principes,* 2, 20, 10.

15. 1. *Apuli c.,* wie c. 13, 11. — *dubiae* etc. stimmt nicht ganz zu c. 13, 8; c. 2, 5; 8, 25; 27, wenn nicht auch die Orte um Luceria mehr von Samniten als eigentlichen Apulern bewohnt waren, s. Mommsen Dial. 196 f. — *ad id,* von der Zeit, 3, 22, 8 u. a.

2. *condicionibus,* 6, 42, 11; 23, 7, 1 u. a. — *populos,* Staaten, wie in Latium u. a.

3. *ad spem ev.,* 28, 6, 8: *haudquaquam ad spem eventus respondit.* — *insessis* etc. ist schon c. 13, 11 erzählt. — *in praes.*, als Besatzung, das Lager vor der Stadt ist natürlich aufgehoben. — *causa b.,* 1, 13, 3.

5. *in se i. f.*, selbst, n. nach dem Rathe des Pontius, beantragen oder bestimmen wollten. Die § 4 gestellte Bedingung wird nicht anerkannt.

7. *septem m.* etc., diese werden frei gelassen, was an der Grösse des Sieges zweifeln lässt. Nicht minder auffallend ist es, dass die Geisseln, Fahnen u. s. w. in das ausserhalb Samnium liegende, den

missa, praedaque ingens Luceriae capta receptis omnibus signis armisque, quae ad Caudium amissa erant, et quod omnia superabat gaudia, equitibus recuperatis, quos pignora pacis custodiendos Luceriam Samnites dederant. haud ferme 8 alia mutatione subita rerum clarior victoria populi Romani est, si quidem etiam, quod quibusdam in annalibus invenio, Pontius Herenni filius Samnitium imperator, ut expiaret consulum ignominiam, sub iugum cum ceteris est missus. cete- 9 rum id minus miror obscurum esse de hostium duce dedito missoque: id magis mirabile est ambigi, Luciusne Cornelius dictator cum L. Papirio Cursore magistro equitum eas res ad Caudium atque inde Luceriam gesserit, ultorque unicus 10 Romanae ignominiae, haud sciam an iustissimo triumpho ad eam aetatem secundum Furium Camillum triumphaverit, an consulum Papiriique praecipuum id decus sit. sequitur hunc 11 errorem alius error, Cursorne Papirius proximis comitiis cum Q. Aulio Cerretano iterum ob rem bene gestam Luceriae continuato magistratu consul tertium creatus sit, an L. Papirius Mugilanus, et in cognomine erratum sit.

Convenit iam inde per consules reliqua belli perfecta. **16** Aulius cum Frentanis uno secundo proelio debellavit, urbem-

Angriffen der Römer ausgesetzte Luceria sollen gebracht worden sein. — *pacis* n. *praestandae.*

8. *alia* gehört zu *victoria.* — *mut. subita,* wegen der schnellen Veränderung, die durch denselben eintrat, eine Bemerkung, die man eher c. 13, 4 erwartet hätte, s. Nieb. R. G. 3, 262. — *Pontius* etc. ist wol erfunden, um die Schmach ganz gleich zu machen.

9. *misso,* c. 5, 6. — *id mag.,* das ist mehr u. s. w., *id* gehört nicht zu *ambigi,* wie vorher *id* von *miror* abhängt. — *Cornelius, Lentulus* nach den Fasten, welche jedoch melden, dass er eben so wie Maenius abgedankt habe, dann T. Manlius gewählt worden sei. Die Ungewissheit ist also hier nicht geringer als 8, 40. — *dictator,* in seiner Eigenschaft als D. — *inde Lucer.* ist noch von *ad* abhängig, vgl. 30, 24, 2.

10. *haud sciam a.,* wie auch bei Cicero bisweilen, s. Lael. 14, 51; Or. 1, 60, 255 u. a., um die Behauptung noch mehr als durch *haud scio an* zu mildern. — *secundum Fur. C.,* es ist wol der 5, 49 erwähnte Triumph gemeint, das Unglück bei Caudium wird hier der Zerstörung der Stadt durch die Gallier an die Seite gestellt, obgleich es nach der Darstellung L's selbst, s. c. 10, 6, als nicht so bedeutend, mehr als eine Schmach, erscheint.

11. *error,* 1, 24, 1. — *Aulio,* nach Diod. 18, 38 *Aelius,* 8, 37, 1. — *tertium,* s. c. 7; 8, 23, das vierte Consulat c. 22. — *Mugilanus,* wie 8, 23.

16. Besiegung der Frentaner; Eroberung von Saticula, Papirius Cursor.

1. *convenit,* im Gegensatze zu c. 15, 9: *ambigi.* — *Frentanis* sind das Volk im Gegensatze zur Stadt: *urbem ipsam,* es ist wol

que ipsam, quo se fusa contulerat acies, obsidibus imperatis 2 in deditionem accepit. pari fortuna consul alter cum Satricanis, qui cives Romani post Caudinam cladem ad Samnites defecerant, praesidiumque eorum in urbem acceperant, rem 3 gessit. nam cum ad moenia Satrici admotus esset exercitus, legatisque missis ad pacem cum precibus petendam triste responsum ab consule redditum esset, nisi praesidio Samnitium interfecto aut tradito ne ad se remearent, plus ea voce 4 quam armis inlatis terroris colonis iniectum. itaque subinde exsequuntur quaerendo a consule legati, quonam se pacto paucos et infirmos crederet praesidio tam valido et armato vim adlaturos. ab isdem consilium petere iussi, quibus au-5 ctoribus praesidium in urbem accepissent, discedunt; aegreque impetrato, ut de ea re consuli senatum responsaque ad 6 se referri sineret, ad suos redeunt. duae factiones senatum distinebant, una cuius principes erant defectionis a populo Romano auctores, altera fidelium civium. certatum ab utrisque tamen est, ut ad reconciliandam pacem consuli opera 7 navaretur. pars altera, cum praesidium Samnitium, quia nihil satis praeparati erat ad obsidionem tolerandam, excessurum proxima nocte esset, enuntiare consuli satis habuit, qua noctis hora quaque porta et quam in viam egressurus hostis

die nördlich von Apulien wohnende, im Jahre vorher mit den Römern befreundete, c. 13, 6, samnitische Nation, s. 9, 45. Der Name der Stadt ist wie 8, 15, 4 nicht genannt, war aber vielleicht *Frentrum*, s. Mommsen Unterital. Dial. 309 f. — *uno sec. p.*, man hätte nicht erwarten können, dass der ganze Stamm sich so bald unterwerfen werde.

2. *Satricanis*, c. 12, 5. — *cives*, es ist nicht angegeben, wann wieder eine röm. Colonie dahin geführt ist, s. 7, 27 f.; hier waren in den Quellen L's wahrscheinlich die alten Einwohner, s. 3, 4, 4, gemeint, welche die Colonisten vertrieben hatten, Marquardt 3, 1, 16.

3. *cum prec.*, um bestimmter das Verfahren, die Anwendung der Bitten zu bezeichnen; gewöhnlicher ist der blosse Abl., s. 2, 2, 8; 1, 16, 3 u. a.

4. *subinde*, zu wiederholten malen. — *exseq. quaer.*, c. 3, 11. — *paucos*. L. denkt an die geringe Zahl (300) der Colonisten. — *ab isdem*, s. c. 15, 4. Das Asyndeton hebt den Gegensatz.

5. *impetrato*, s. 6, 25, 5: und nachdem sie u. s. w.; wahrscheinlich nach einem neuen Versuche den Consul zu erbitten, sonst würde es dem Vorhergeh.: *discedunt* widersprechen. — *senatum*, wie ihn die Colonien haben. — *se* n. Papirius.

6. *fidelium c.*, es wäre sehr auffallend, wenn diese nicht vorher wären vertrieben oder getödtet worden. — *tamen*, obgleich die eine Partei den Römern feindlich war.

7. *erat ad obs.*, da war um u. s. w.; die Besatzung war jetzt von Samnium abgeschnitten. — *enuntiare*, weil es im Geheimen be-

foret: altera, quibus invitis descitum ad Samnites erat, ea- 8 dem nocte portam etiam consuli aperuerunt, armatosque clam [nocte] in urbem acceperunt. ita duplici proditione et prae- 9 sidium Samnitium insessis circa viam silvestribus locis necopinato oppressum est, et ab urbe plena hostium clamor sublatus; momentoque unius horae caesus Samnis, Satricanus captus, et omnia in potestate consulis erant, qui quaestione 10 habita, quorum opera defectio esset facta, quos sontes conperit virgis caesos securi percussit; praesidioque valido inposito arma Satricanis ademit. inde ad triumphum deces- 11 sisse Romam Papirium Cursorem scribunt, qui eo duce Luceriam receptam Samnitesque sub iugum missos auctores sunt. et fuit vir haud dubie dignus omni bellica laude, non animi 12 solum vigore sed etiam corporis viribus excellens. praeci- 13 pua pedum pernicitas inerat, quae cognomen etiam dedit; victoremque cursu omnium aetatis suae fuisse ferunt, et seu virium vi seu exercitatione multa cibi vinique eundem capacissimum; nec cum ullo asperiorem, quia ipse invicti ad la- 14 borem corporis esset, fuisse militiam pediti pariter equitique: equites etiam aliquando ausos ab eo petere, ut sibi pro re 15 bene gesta laxaret aliquid laboris; quibus ille „ne nihil re- 16 missum dicatis, remitto“ inquit „ne utique dorsum demul-

schlossen war. — *foret*, s. 6, 42, 12.

8. *nocte* ist wol aus der vorhergehenden Zeile wiederholt.

9. *proditione* etc. Der Consul hat die Mittheilungen beider Parteien benutzt. — *hostium* n. Romanorum. — *momentoq. u. h.*, 5, 7, 3; 2, 28, 4 u. a. — *captus*, die Stadt wird als eine eroberte betrachtet, da der Verrath von Einzelnen ausgegangen und nichts für die Bürger ausbedungen war, s. 8, 25, 12: *publice petere quam pacisci malle*, ib. 26, 6.

10—11. *virgis c. s.*, 8, 19, 13. — *arma ad.*, diese Strafe wird hier zum ersten Male, später oft erwähnt, vgl. 42, 8; auch bei der deditio mussten die Waffen ausgeliefert werden, 5, 27; 32; 6, 8 u. a. — *triumphum*, s. c. 15, 10; nach den Triumphalfasten *ann. CDXXXIV X Kal. Sept.*

12. *et fuit*, und in der That. Die hier eingeschobene Charakteristik, s. Nieb. 3, 292, soll die c. 17 folg. Betrachtung vorbereiten.

13. *cognomen e. d.*, der Zuname wird schon dem Grossvater des hier genannten beigelegt, s. 6, 11, 1, vgl. 9, 34, 20. Es ist entweder ein Irrthum L's, wie 4, 29, oder er will sagen, dass Lucius diesen Namen mit besonderem Rechte geführt habe, worauf *victoremque* etc. hindeutet; s. 5, 31, 2. — *virium vi* = *virium robore*.

14—15. *invicti ad l.*, Cic. Font. 15, 33: *virum ad labores belli impigrum;* Ovid. Met. 12, 167: *corpus — invictum ad vulnera erat; ad* in Bezug auf, für, s. 6, 18, 4. — *etiam*, so hätten auch einmal; zur Bestätigung des Vorhergeh.

16. *ne nihil* etc., c. 1, 3. — *ne utique* etc., dass ihr euch in keiner Weise den Rücken reiben lasst. Dieses zu thun wäre ohnehin für

ceatis, cum ex equis descendetis." et vis erat in eo viro
17 imperii ingens pariter in socios civesque. Praenestinus praetor per timorem segnius ex subsidiis suos duxerat in primam aciem; quem cum inambulans ante tabernaculum vocari ius-
18 sisset, lictorem expedire securem iussit. ad quam vocem exanimi stante Praenestino „agedum, lictor, excide radicem hanc" inquit „incommodam ambulantibus;" perfusumque
19 ultimi supplicii metu multa dicta dimisit. haud dubie illa aetate, qua nulla virtutum feracior fuit, nemo unus erat vir, quo magis innixa res Romana staret. quin eum parem destinant animis magno Alexandro ducem, si arma Asia perdomita in Europam vertisset.

17 Nihil minus quaesitum a principio huius operis videri potest, quam ut plus iusto ab rerum ordine declinarem, varietatibusque distinguendo opere et legentibus velut deverti-
2 cula amoena et requiem animo meo quaererem. tamen tanti regis ac ducis mentio, quibus saepe tacitis cogitationibus vo-

die Reiter schmachvoll gewesen. Wie verhält sich das zweifache *ne* zu *remitto?*

17. *praetor* ist hier nicht wie 8, 11, 4 zu nehmen, sondern der Anführer einer ala oder Cohorte der Bundestruppen, die jedoch gewöhnlich Römer sind und *praefecti* heissen, s. 8, 36, 6; während die *praetores* die Truppen dem Heere nur zuführten. — *ex subsid.*, die Triarier oder überhaupt die Reserve.

18. *exanimi*, s. 1, 25, 6. — *stante*, 1, 14, 4; 8, 12, 9. — *multa*, 4, 30, 8; s. Digest. XLIX. 16, 3, § 1: *poenae militum huiusce modi sunt: castigatio, pecuniaria multa, munerum indictio* etc., daher Polyb. 6, 37: *κύριος δ' ἐστὶ καὶ ζημιῶν ὁ χιλίαρχος καὶ ἐνεχυριάζων*, d. h. *pignoris capiendi*, um die Mult beizutreiben, Marquardt 3, 2, 436; gewöhnlich wird der Sold nicht ausgezahlt, 40, 41; Val. Max. 2, 7, 15; Front. Strat. 4, 1, 21 u. a.

19. *feracior*, Becker 2, 2, 5. — *nemo unus*, nicht ein einziger, s. 2, 9, 8. — *innixa*, 6, 1, 4. — *parem*, 7, 33, 2. — *destinant*, die Schriftsteller zu L's Zeit, welche der Behauptung der Griechen, c. 18, 6, gegen welche auch der folgende Excurs gerichtet, widersprachen. — *animis*, nicht in der Wirklichkeit. — *si*, für den Fall.

17—19. Vergleichung der röm. Macht mit der Macedonischen unter Alexander dem Grossen. Wahrscheinlich hat L. angenommen, dass Alex. in diesem Jahre gestorben sei; Nieb. R. G. 2, 638.

1. *a princip.*, gleich von Anfang an konnte ich (da dieses Werk der an sich schon so reichen, s. praef. 4, Geschichte des röm. Volkes gewidmet ist) nichts weniger beabsichtigen. *principium* steht wie praef. 13 *orsa* dem Fortgange entgegen. — *varietatibus* etc., durch bunten, mannigfaltigen Stoff schmükkend. — *legentibus*, praef. 4. — *deverticula*, Episoden. — *requiem*, Erholung. Die Stellung der Worte chiastisch. — *quaererem* nach *quaesitum; operis* nach *opere*, s. 1, 53, 4.

2. *quibus – eas*, Attraction und Umstellung, 1, 1, 3. — *volut. an.*, hierzu kann *mentio* nicht insofern

lutavit animum, eas evocat in medium, ut quaerere libeat, quinam eventus Romanis rebus, si cum Alexandro foret bellatum, futurus fuerit. plurimum in bello pollere videntur 3 militum copia et virtus, ingenia imperatorum, fortuna, per omnia humana, maxime in res bellicas potens. ea et sin- 4 gula intuenti et universa sicut ab aliis regibus gentibusque, ita ab hoc quoque facile praestant invictum Romanum imperium. iam primum ut ordiar ab ducibus conparandis, 5 haud equidem abnuo egregium ducem fuisse Alexandrum; sed clariorem tamen eum facit, quod unus fuit, quod adulescens in incremento rerum nondum alteram fortunam expertus decessit. ut alios reges claros ducesque omittam, 6 magna exempla casuum humanorum, Cyrum, quem maxime Graeci laudibus celebrant, quid nisi longa vita, sicut Magnum modo Pompeium, vertenti praebuit fortunae? recenseam du- 7 ces Romanos, nec omnes omnium aetatium, sed ipsos eos, cum quibus consulibus aut dictatoribus Alexandro fuit bellandum, M. Valerium Corvum, C. Marcium Rutilum, C. Sul- 8 picium, T. Manlium Torquatum, Q. Publilium Philonem, L. Papirium Cursorem, Q. Fabium Maximum, duos Decios, L. Volumnium, M'. Curium. deinceps ingentes sequuntur viri, 9

sie von L. ausgeht Subject sein, sondern die durch Erwähnung Anderer veranlasste Erinnerung an den grossen König, oder die Vorstellung von ihm, die Erinnerung an ihn überhaupt. Die ungewöhnliche Construct., denn sonst heisst es: *rem animo volutare*, ist wol nach der Analogie von *spe incitare* u. a., s. 4, 6, 3, zu erklären: durch welche Gedanken sie im Stillen meinen Geist bewegt, beschäftigt, zu welchen sie denselben vielfach veranlasst hat.

3. *ingenia imper.*, s. Cic. Leg. Man. 10, 28. — *per*, die Verbereitung über; *in*, der Einfluss auf etwas.

4. *intuenti — praestant*, wenn man — betrachtet, so geben sie die Gewähr, Ueberzeugung von der Unüberwindlichkeit u. s. w. Ueber die aus Patriotismus hervorgegangene Ueberschätzung der römischen Macht s. Nieb. R. G. 3, 105. — *regibus g.*, von Königen beherrschte und freie Nationen. — *praestant*, vgl. 4, 24, 4: *tuta omnia praestanda*.

5–6. *iam pr.*, 1, 1, 1. — *in incremento*, „im Werden.“ — *ut alios* etc. führt das Vorhergeh. in chiastischer Ordnung aus; § 6: *quod adulescens* etc.; § 7: *quod unus* etc. — *casuum h.*, c. 8, 4. *magnum*, s. 1, 46, 5. — *modo*, vor wenigstens 20 Jahren, 6, 40, 17. — *praebuit*, hat blossgestellt. — *vertenti*, dem sich abwendenden.

7—8. *recenseam* etc., alle diese Feldherrn würden jeder für sich § 10 Alexander nicht nachstehen, wenn sie nicht andere neben sich gehabt hätten. — *fuit b.*, Zumpt § 518. — *Sulpicium*, c. 24; der 7, 19 genannte kann nicht wol gemeint sein. — *Volumnium*, c. 42. — *Curium*, Epit. 11, schon dieser wie der jüngere Decius würden Alexander nur haben entgegentre-

si Punicum Romano praevertisset bellum, seniorque
10 liam traiecisset. horum in quolibet cum indoles ea
in Alexandro erat animi ingeniique, tum disciplina
iam inde ab initiis urbis tradita per manus in arti
11 tuis praeceptis ordinatae modum venerat. ita reg
rant bella, ita deinde exactores regum Iunii Valer
deinceps Fabii Quinctii Cornelii, ita Furius Camill
iuvenes ii quibus cum Alexandro dimicandum erat
12 derant. militaria opera pugnando obeunti Alexand
ea quoque haud minus clarum eum faciunt — ce
delicet in acie oblatus par Manlius Torquatus au
13 Corvus, insignes ante milites quam duces; cessis
devotis corporibus in hostem ruentes; cessisset Pa
14 sor illo corporis robore, illo animi. victus esse
iuvenis unius, ne singulos nominem, senatus ille,
ex regibus constare dixit unus veram speciem Ron
15 tus cepit. id vero erat periculum, ne sollertius

ten können, wenn er ziemlich bejahrt den Krieg begonnen hätte; obgleich L. annimmt, dass dieses erst bei der zweiten Reihe, die § 9 parenthetisch nur im Allgemeinen bezeichnet ist, geschehen sein würde.

9. *deinceps*, unmittelbar darnach, etwa Fabricius, Coruncanius u. a. — *si* etc., mit denen er dann hätte kämpfen müssen, wenn u. s. w. — *praevertisset*, s. 2, 24, 5; Z. § 417: wenn er eher mit Carthago als mit Rom u. s. w. Ueber die Sache s. Justin. 21, 6; Curtius 4, 19, 18.

10. *horum* etc.: alle diese wären Alex. gleich gewesen an Geist, Kenntniss des Kriegswesens, persönlicher Tapferkeit § 13 u. Kriegskunst § 15. — *indoles* etc., c. 4, 9: an productiver Kraft des Geistes und Thatkraft. — *tum* — *venerat* ist selbständig dargestellt, weil zugleich bezeichnet werden soll, dass sie ein gemeinsames Eigenthum aller gewesen sei, sonst würde man erwarten: *disciplina m., quae.* — *per m.,* 1, 3, 7. — *in artis* etc., in ein auf immer beobachtete, von Einem auf den Anderen übergegangene Regeln gegründetes System. Die n
Veränderungen im Kri
8 sind nicht beachtet.

11. *ita,* in dieser
sie als bekannt § 10 b
— *iuvenes,* wol nicht
lich nicht Valerius Co
cier, Curius. — *di*
wie § 7 *fuit bell.*

12—13. *m. opera*
Theilnahme am Kamp
Folg. *milites.* — *obl*
Gegner aufgestossen
16, 19. — *ruentes* =
die doch u. s. w. — *ill*

14. *consiliis,* Kri
später wenigstens o
entworfen wurden.
wol der Grund, wes
gleichung der Feldhe
terbrochen wird.
ist wieder *videlicet*
unus, bekanntlich Ci
Pyrrh. 19. — *spe*
lung. Idee. — *Rom*
Nachdruck wiederho
quem qui als *cuius*
werden; Z. § 804.

15. *id vero* etc.,
— *quilib. unus*, c.

libet unus ex his quos nominavi castris locum caperet, commeatus expediret, ab insidiis praecaveret, tempus pugnae deligeret, aciem instrueret, subsidiis firmaret. non cum Da- 16 reo rem esse dixisset, quem mulierum ac spadonum agmen trahentem, inter purpuram atque aurum, oneratum fortunae apparatibus suae, praedam verius quam hostem, nihil aliud quam bene ausus vana contemnere, incruentus devicit. longe 17 alius Italiae quam Indiae, per quam temulento agmine comisabundus incessit, visus illi habitus esset, saltus Apuliae ac montes Lucanos cernenti et vestigia recentia domesticae cladis, ubi avunculus eius nuper Epiri rex Alexander absumptus erat. Et loquimur de Alexandro nondum merso secun- **18** dis rebus, quarum nemo intolerantior fuit. qui si ex habitu 2 novae fortunae novique, ut ita dicam, ingenii, quod sibi victor induerat, spectetur, Dareo magis similis quam Alexan- 3 dro in Italiam venisset, et exercitum Macedoniae oblitum degenerantemque iam in Persarum mores adduxisset. referre 4 in tanto rege piget superbam mutationem vestis, et desideratas humi iacentium adulationes, etiam victis Macedonibus

beliebige wäre ihm gleich gewesen. Zur Sache vgl. das Urtheil Hannibals 35, 14, 8: *Pyrrhum castra metari primum docuisse; ad hoc neminem elegantius loca cepisse, praesidia disposuisse.* Die Gleichheit der Endung in *caperet, expediret* etc. ist wol absichtlich. In dem Satze ist die höhere Kriegskunst, verschieden von der *disciplina mil.* § 10, dargestellt.

16. *non,* wahrlich nicht. — *trahentem* n. *secum,* die ungeordnete Masse mit Mühe mit sich schleppend. — *verius,* 1, 56, 9. — *bene a.,* es bedurfte nur des Wagnisses die Macht als eine eitle zu verachten.

17. *comisabundus,* Curt. 9, 42. — *saltus Ap.,* es wird vorausgesetzt, dass er von Griechenland aus in Apulien gelandet sein würde. — *vestigia,* 8, 24.

18. Das Uebergewicht Alexanders wird zweifelhaft wegen seines Uebermuthes und seiner Schwelgerei § 1—5; seine Grösse würde die Römer nicht geblendet haben 6—8; sein kurzes Glück lässt sich mit dem des röm. Volkes nicht vergleichen 9—11; die röm. Feldherrn haben unter weit schwierigeren Verhältnissen nicht Geringeres als Al. geleistet 12—19.

18. 1—3. *et,* und zwar. — *merso,* 6, 14, 7. — *induerat,* 3, 33, 7. — *si spectetur venisset,* kurz st.: *si spectetur, apparet eum venturum fuisse si venisset.* — *magis sim.,* in höherem Grade ähnlich. — *Alexandro* st. *sibi,* um den Gegensatz zu heben. — *degenerantem* etc., schon in der Ausartung begriffen, welche sie zu den persischen Sitten führen musste; Tac. Germ. 46: *in Sarmatarum habitum foedantur.*

4. *adulationes,* der eigentliche Ausdruck für die Ehrenbezeugung der Orientalen; Curt. 8, 17, 6: *more Persarum Macedonas venerabundos ipsum salutare, prosternentes humi corpora* (προσκυνεῖν) *iussit.* — *victis* = *si essent victi,* c. 3, 2; 21, 43, 5: *praemia vobis ea victoribus proponit.* — *sup-*

graves, nedum victoribus, et foeda supplicia, et
et epulas caedes amicorum, et vanitatem ementi
5 quid si vini amor in dies fieret acrior? qui
praefervida ira? — nec quicquam dubium int
refero — nullane haec damna imperatoriis vir
6 mus? id vero periculum erat, quod levissimi ex
Parthorum quoque contra nomen Romanum gl
dictitare solent, ne maiestatem nominis Alexand
fama quidem illis notum arbitror fuisse, sustin
7 tuerit populus Romanus, et adversus quem Athe
tate fracta Macedonum armis, cernente tum m
fumantes Thebarum ruinas, contionari libere aus
nes, id quod ex monumentis orationum patet, a
nemo ex tot proceribus Romanis vocem libera
8 fuerit? quantalibet magnitudo hominis concipi
unius tamen ea magnitudo hominis erit, collecta
9 decem annorum felicitate; quam qui eo extollun
pulus Romanus etsi nullo bello multis tamen pr
sit, Alexandro nullius pugnae non secunda fo
non intelligunt se hominis res gestas et eius i
populi iam octingentesimum bellantis annum reb

plicia, des Philotas, Curt. 6, 44. *amicorum,* des Clitus, Curt. 8, 5, 52. — *vanitat. em. st.,* Curt. 8, 17, 5: *Iovis filium non dici tantum se, sed etiam credi volebat.*

5. *fieret,* darauf geworden wäre, vgl. dagegen Curt. 10, 18, 34: *iracundiam et cupidinem vini sicut iuventa irritaverat, ita senectus mitigare potuisset.* — *nec quicq.* etc., während so Vieles über Alexander gefabelt wurde. — *virtutibus,* s. c. 19, 7.

6. *id v.,* c. 17, 15. — *levissimi e. G.,* man glaubt, dass besonders Timagenes gemeint sei, s. Bernhardi Röm. Literaturgeschichte S. 543, doch wurde die Frage auch wol von Anderen behandelt. — *Parthorum,* c. 19, 16. — *quoque,* wie den Ruhm Alexanders. Wahrscheinlich stützten die Griechen ihre Behauptung, dass die Römer Alexander würden erlegen sein, auf die Niederlagen, die Crassus und Antonius von den Parther
ten. Die dabei ku
Herabsetzung der rö
die Episode veranlass
nach Plin. 3, 9, 57 h
die Römer an Alex.,
5, 5, 232 hat Alex.
Gesandte geschickt;

7. *in civit.,* Zum
contionari etc., Dem
Lycurgus, deren Re
kannte. — *missurus*
wäre es *missurus fui*
potuerit.

8. *hominis,* des M
gen § 9 *hominis,* ei
Menschen, im Gegens
Volke. — *paulo p. d.*
decim. — *felicitate* et
der dritte der c. 17
benen Vergleichungsp
schoben.

9. *extollunt,* die § 6
— *et eius iuv.* = *et h*
dem, qui iuvenis era

miremur, si, cum ex hac parte saecula plura numerentur 10
quam ex illa anni, plus in tam longo spatio quam in aetate
tredecim annorum fortuna variaverit? quin tu hominis cum 11
homine et ducis cum duce fortunam cum fortuna confers?
quot Romanos duces nominem, quibus numquam adversa 12
fortuna pugnae fuit! paginas in annalibus magistratuum fastisque percurrere licet consulum dictatorumque, quorum nec
virtutis nec fortunae ullo die populum Romanum paenituit.
et quo sint mirabiliores quam Alexander aut quisquam rex, 13
denos vicenosque dies quidam dictaturam, nemo plus quam
annum consulatum gessit; ab tribunis plebis dilectus inpe- 14
diti sunt; post tempus ad bella ierunt, ante tempus comitiorum causa revocati sunt; in ipso conatu rerum circumegit
se annus; collegae nunc temeritas nunc pravitas inpedimento 15
aut damno fuit; male gestis rebus alterius successum est;
tironem aut mala disciplina institutum exercitum acceperunt.
at hercule reges non liberi solum inpedimentis omnibus sed 16
domini rerum temporumque trahunt consiliis cuncta, non se-

Jüngling war. — *octingent.*, da L. gegen Schriftsteller seiner Zeit spricht, so giebt er in runder Summe die Zahl der Jahre bis zu dieser an, s. praef. 4, Einleit. S. 8. Doch wäre es auffallend, wenn die Gegner L's nicht die Macht der Römer, wie sie zu Alexanders Zeit war, mit der macedonischen sollten verglichen haben, wie es c. 19, 3 geschieht.

10. *miremur*, darf man sich wundern. — *saecula pl.* Auch diese Worte können sich nur auf die Zeit L's, nicht auf die Alexanders beziehen, *saecula* daher nur von Menschenaltern zu 33 Jahren verstanden werden. Der Nachdruck liegt also auf *plura*, und der weniger genaue Ausdruck ist wol gewählt um abzuwechseln und den Gegensatz zu *anni* schärfer hervortreten zu lassen, vgl. 7, 32, 8.

11. *hominis* etc., um nicht *hominis fortunam cum fortuna hominis* etc., oder *hominis ducisque fortunam cum homine et duce* zu sagen hat L. die, c. 10, 3 gebrauchte Ausdrucksweise weiter ausbildend, den verglichenen Begriff ganz abgesondert und die verschiedenen Verhältnisse desselben unter sich verglichen.

12. *nominem*, könnte ich nennen. — *annalibus m. f.*, beide sind wesentlich gleich, doch enthielten die letzteren zugleich die Jahre nach Erbauung der Stadt neben den Namen der Magistrate, die ersteren wol auch die wichtigen Ereignisse der einzelnen Jahre, vgl. 4, 3; 20; Becker 1, 17. — *ullo d.*, auch nur an einem Tage, stärker als *umquam*.

13. *quisq. r.*, Z. § 676; indem sich *quam* der Negation: nicht irgend ein K., nähert. — *nemo p. q. a.*, an die Proconsuln ist dabei nicht gedacht.

14. *post t.*, nach der rechten, günstigen Zeit, wie *in tempore, ad tempus* und sogleich: *ante tempus.* — *conatu*, s. 32, 28, 4: gerade wenn sie ihre Unternehmungen beginnen wollten.

16. *domini*, Demost. Olynth. 1, 4: *τὸ γὰρ εἶναι πάντων ἐκεῖνον ἕνα ὄντα κύριον καὶ ῥητῶν καὶ*

17 quuntur. invictus ergo Alexander cum invictis ducibus bella gessisset, et eadem fortunae pignera in discrimen detulisset.
18 immo etiam eo plus periculi subisset, quod Macedones unum Alexandrum habuissent, multis casibus non solum obnoxium
19 sed etiam offerentem se; Romani multi fuissent Alexandro vel gloria vel rerum magnitudine pares, quorum suo quisque fato sine publico discrimine viveret moreretur que.

19 Restat ut copiae copiis conparentur vel numero vel mi-
2 litum genere vel multitudine auxiliorum. censebantur eius aetatis lustris ducena quinquagena milia capitum. itaque in omni defectione sociorum Latini nominis urbano prope di-
3 lectu decem scribebantur legiones: quaterni quinique exercitus saepe per eos annos in Etruria, in Umbria Gallis hostibus adiunctis, in Samnio, in Lucanis gerebant bellum.
4 Latium deinde omne cum Sabinis et Vulscis et Aequis et omni Campania et parte Umbriae Etruriaeque et Picentibus et Marsis Paelignisque ac Vestinis atque Apulis, adiuncta omni ora Graecorum inferi maris a Thuriis Neapolim et Cu-

ἀποῤῥήτων, καὶ ἅμα στρατηγὸν καὶ δεσπότην καὶ ταμίαν etc. — *consiliis* n. *suis, non sequuntur* n. *aliorum consilia.*

17. *pignera,* die Unterpfänder, dass das Glück ihnen günstig sein werde, waren bei beiden gleich.

19. *Romani,* während es viele R. gegeben hätte, die u. s. w. — *gl. vel rer.* etc., Ueberschätzung der röm. Feldherrn. — *suo q. f.,* ihr Leben oder Tod (im Kriege mit Alex.) würde nur sie betroffen, auf den Staat keinen Einfluss gehabt haben. — *viveret m.,* Potentialis der Vergangenheit: sie wären der Art gewesen, dass sie hätten — können.

19. 1. *copiae* etc., der erste Vergleichungspunkt c. 17, 3. — *auxiliorum,* Hülfstruppen von fremden Völkern, wie später im röm. Heere.

2. *censebantur,* L. scheint wie c. 17, 7; 18, 12 die fasti, so hier die tabulae censoriae eingesehen zu haben, obgleich er selbst seit 3, 24 die Zahl der Abgeschätzten nicht angegeben hat, s. 4, 8; 22; 5, 31; 6, 27; 8, 17; 9, 29; 30. — *omni def.,* 1, 1, 4: *ad maiora; defect.,* 7, 25. — *urbano,* es sollte wol das eigentlich römische Gebiet, nicht die Stadt allein gedacht werden, s. 7, 25, 8. — *decem,* c. 4, 11.

4. *Latium* etc. Die Herniker u. Aurunker sind übergangen, dagegen *a Thuriis* wol verdorben, da es am *mare superum* liegt, und die Römer mit den griechischen Städten an diesem kaum noch in Berührung gekommen waren, während sonst nur von Rom abhängige Bundesgenossen genannt werden; Gronov. vermuthet *a Bruttiis.* — Noch verdächtiger ist *Samnites,* denn sie sind so eben § 3: *in Samnio* als Feinde genannt, und man sieht keinen Grund, warum mit ihnen gerade die Seestädte: *adiuncta ora* etc. in Verbindung gesetzt und so zwei Classen von Staaten aufgestellt werden; auch ist das Asyndeton in *adiuncta or.* hart. Hätte L. die Samniten erwähnen wollen, so würden auch die übrigen § 3 genannten Völker nicht übergangen sein. Vielleicht schrieb L.: *tenus*:

mas, et inde Antio atque Ostiis tenus [Samnites], aut socios validos Romanis aut fractos bello invenisset hostes. ipse tra- 5 iecisset mare cum veteranis Macedonibus non plus triginta milibus hominum et quattuor milibus equitum maxime Thessalorum: hoc enim roboris erat. Persas Indos aliasque si adiunxisset gentes, inpedimentum maius quam auxilium traheret. adde quod Romanis ad manum domi supplementum 6 esset, Alexandro, quod postea Hannibali accidit, alieno in agro bellanti exercitus consenuisset. arma clupeus sarisae- 7 que illis; Romano scutum, maius corpori tegumentum, et pilum, haud paulo quam hasta vehementius ictu missuque telum. statarius uterque miles ordines servans: sed illa pha- 8 lanx inmobilis et unius generis, Romana acies distinctior, ex pluribus partibus constans, facilis partienti quacumque opus esset, facilis iungenti. iam in opere quis par Romano mi- 9 les, quis ad tolerandum laborem melior? uno proelio victus

— *hos omnis*, 1, 35, 6. — *Neapolim et C.* Beide Städte sind als Seestädte von Campanien wie in gleicher Weise Antium u. Ostia von Latium getrennt. — *Ostiis*, von Ostiaorum, eine Form, die sich sonst bei L. nicht findet. — *tenus* nach *Neapolim*, um abzuwechseln. — *aut socios* etc., sie würden entweder die Römer im Kampfe gegen Alex. unterstützt, oder bereits geschwächt und gebrochen sie in ihren Unternehmungen nicht haben hindern, Alex. nicht unterstützen können. Den Fall, dass die übrigen Völker sich mit Alex. hätten verbinden können, hat L. übergangen.

5. *veteranis*, das genus militum. — *triginta* etc., so viele werden von mehreren angegeben. Arrian. Anab. 1, 11. — *hoc e. r. e.*, die Zahl der ganzen Reiterei war grösser, s. Plut. Alex. 15. — *Persas Ind.*, dass er Griechen, Afrer u. a. hätte in Sold nehmen können ist nicht beachtet. — *traheret*, c. 17, 16; das Imperf. wie c. 18, 19: er hätte mit sich schleppen müssen.

6. *adde q.*, dazu kommt der Umstand. — *esset*, immer zur Hand gewesen wäre, u. wenn sie derselben bedurft hätten.

7. *clipeus*, 8, 8, 3. — *sarisaeque*, s. 37, 42, 4: *usus praelongarum hastarum, sarisas Macedones vocant*, nach Polyb. 18, 12 waren sie 14—16 Ellen lang. — *corpori*, ohne Verbalbegriff, der durch *tegumentum* angedeutet ist, c. 18, 5; s. 1, 1, 8. Zur Sache 1, 43, 2; 4. — *pilum*, 7, 23, 8. — *ictu m.*, Supina: zum Stich und Wurf; während die *hasta*, welche bei den Römern nicht erwähnt ist, s. 8, 10, 6, weil später alle das pilum führten, nur zum Stosse diente.

8. *statarius*, im Gegensatze gegen leichte Truppen, § 16. — *illa*, d. h. illorum Macedonum. — *inmobilis*, vgl. 33, 9; 44, 41 u. a. — *unius gen.*, sie hatten alle gleiche Waffen und Kampfart. — *distinctior*, durch das Folg. erklärt, s. 8, 8. — *partienti*, wenn man trennen und vereinigen will, der Dativ ist wie 1, 8, 5: *descendentibus*, das Partic. als conatus zu nehmen.

9—11. *iam*, ein neuer Punkt: ferner. — *uno pr.* etc., der Gegensatz zu c. 18, 9, hängt mit dem

Alexander bello victus esset: Romanum, quem Caudium, quem
10 Cannae non fregerunt, quae fregisset acies? ne ille saepe, etiam si prima prospere evenissent, Persas et Indos et inbellem Asiam quaesisset, et cum feminis sibi bellum fuisse
11 dixisset; quod Epiri regem Alexandrum mortifero vulnere ictum dixisse ferunt, sortem bellorum in Asia gestorum ab
12 hoc ipso iuvene cum sua conferentem. equidem cum per annos quattuor et viginti primo Punico bello classibus certatum cum Poenis recordor, vix aetatem Alexandri suffectu-
13 ram fuisse reor ad unum bellum: et forsitan, cum et foederibus vetustis iuncta res Punica Romanae esset, et timor par adversus communem hostem duas potentissimas armis virisque urbes armaret, simul Punico Romanoque obrutus bello
14 esset. non quidem Alexandro duce nec integris Macedonum rebus sed experti tamen sunt Romani Macedonem hostem adversus Antiochum Philippum Persen, non modo cum clade
15 ulla, sed ne cum periculo quidem suo. absit invidia verbo, et civilia bella sileant, numquam ab equite hoste, numquam a pedite, numquam aperta acie, numquam aequis, utique

Vorherg. weniger zusammen, und bildet den Uebergang zum Folg.: der Schilderung der Standhaftigkeit des röm. Volkes. — *ne*, 5, 9, 5. — *quaesisset*, würde vermisst haben. — *quod Ep.* etc., s. Gell. 17, 21, 33: *Eum Molossum, cum in Italiam transiret, dixisse accepimus, se quidem ad Romanos ire, quasi in andronitin, Macedonem ad Persas, quasi in gynaeconitin.*

13. *foederibus*, c. 43; 7, 27, 2. — *adversus* gehört zu *armaret.* Der Zusammenhang ist: wenn Alex. schon der Ausdauer der Römer würde erlegen sein, so wäre er noch weniger den Römern und Puniern in Verbindung gewachsen gewesen; besonders da die Erfahrung der späteren Zeit gezeigt hat, dass die Phalanx der röm. Kriegskunst nicht widerstehen konnte.

14. *adversus Ant.*, d. h. im Kriege gegen Ant.

15. *absit invid. v.*, sowol diese Worte: meine Aeusserung möge nicht als Vermessenheit ausgelegt werden, s. 36, 7, 7; 28, 39, 11; vgl. 5, 21, 15, als § 16 *avertetque* und *modo sit* zeigen, dass L. besonders von der Zukunft reden will. Der Zusammenhang ist daher: so wie (da) wir seither — niemals gelitten haben, so wird auch künftig das röm. Heer, wenn ihm auch leichte Truppen u. s. w. einige Besorgniss erregen können, schwer gerüsteten niemals unterliegen, wenn nur die Bürgerkriege den Staat nicht schwächen, und die Götter günstig sind: *absit* etc. — *sileant* scheint dasselbe zu bedeuten, wie § 17: *modo — concordiae*, und hier der Gedanke wegen der Zwischensätze nur wiederholt zu sein. Andere nehmen *sil.* = sie mögen nicht in Betrachtung kommen. Der Satz: *numquam— laboravimus* steht nach einer bei L. oft gebrauchten Figur statt eines Nebensatzes, s. 3, 19, 9 =*cum numquam — laboraverimus*, oder *ut num. — ita.* — *hoste* ist hinzugefügt weil *ab equite — laborare* leicht hätte missverstanden werden können. Dobree hält *numq. ab eq. — pedite* wol mit Unrecht

numquam nostris locis laboravimus: — equitem sagittas saltus inpeditos avia commeatibus loca gravis armis miles timere potest —: mille acies graviores quam Macedonum atque Alexandri avertit avertetque, modo sit perpetuus huius qua vivimus pacis amor et civilis cura concordiae. 16 17

6. *App. Claud.*, er war zweimal Aedil gewesen, aber ohne Consul oder Prätor gewesen zu sein Censor geworden. — *viam m.*, s. Diod. l. l.: τῆς ἀφ' ἑαυτοῦ κληθείσης Ἀππίας ὁδοῦ τὸ πλεῖον μέρος λίθοις στερεοῖς κατέστρωσεν (*munivit*) ἀπὸ Ῥώμης μέχρι Καπύης etc. — *aquam*, Front. de aqu. duct. 5: *concipitur Appia* (aqua) *in agro Lucullano via Praenestina — ductus eius habet longitudinem a capite usque ad Salinas, qui locus est ad portam Trigeminam, passuum* $\overline{XI}$*CXC; subterraneo rivo passuum* $\overline{XI}$*CXXX;*

quia ob infamem atque invidiosam senatus lectionem vere- 7
cundia victus collega magistratu se abdicaverat: Appius iam 8
inde antiquitus insitam pertinaciam familiae gerendo solus
censuram obtinuit. eodem Appio auctore Potitii, gens, cuius 9
ad aram maximam Herculis familiare sacerdotium fuerat, ser-
vos publicos ministerii delegandi causa sollemnia eius sacri
docuerant. traditur inde dictu mirabile, et quod dimovendis 10
statu suo sacris religionem facere posset, cum duodecim fa-
miliae ea tempestate Potitiorum essent, puberes ad triginta,

supra terram substructione et arcuato opere proxime portam Capenam passuum LX. Die durch die Pomtinischen Sümpfe führende Strasse sicherte die Verbindung mit Campanien; Nieb. 1, 519.

7. *invidiosam,* Erbitterung, Hass gegen die Censoren erregend; s. c. 30, 1; 46, 10: er schämte sich wegen der berüchtigten und gehässigen Wahl und Zusammenstellung (Liste) der Senatoren; ähnlich Frontin. l. l.: *collegam habuit C. Plautium, cui ob inquisitas eius aquae venas Venocis cognomen datum est, sed quia is intra annum et sex menses, deceptus a collega tamquam invidiam facturo, abdicavit se censura, nomen aquae ad Appii tantum honorem pertinuit.* Plautius war entweder von zu schwachem Charakter um sein Veto einzulegen, oder hatte nicht genug Einfluss es aufrecht zu erhalten, und zog sich daher, um der Schmach zu entgehen, zurück. Dass er dieses nach L's Ansicht vor dem Ablaufe der 18 Monate gethan habe, geht theils daraus hervor, dass er überhaupt das Motiv angiebt, theils aus c. 34, 15; 22, und liegt auch in *intra* bei Frontin.: noch vor Ablauf.

8. *iam in. a.,* wie 1, 2, 3; 6, 40, 3: *iam inde ab initio.* — *gerendo,* s. 3, 62, 3. — *solus,* Liv. nimmt an, dass App., weit entfernt über die gesetzliche Zeit, 4, 24, im Amte zu bleiben, es sogleich nach dem Abgange seines Collegen hätte niederlegen müssen, s. c. 34, 17.

9. *Potitii,* 1, 7; das Geschlecht der Pinarier dauert fort. — *gens c.,* s. 4, 46, 10. — *familiare,* s. 1, 7, 14. — *serv. publ.,* die Tempelsclaven, denen jetzt die Besorgung der heiligen Gebräuche bei Verträgen, Opfern übertragen wird, Marquardt 3, 2, 67; wahrscheinlich flossen nun auch die Einkünfte in die Staatscasse. — *soll.,* 1, 7, 10.

10. *et quod* etc., 10, 23, 9. — *dimovendis s. s. s.* ist Dativ, da in *religionem facere,* religiöse Bedenken erregen, der Begriff liegt: geeignet abzuhalten, vgl. 2, 5, 9: *arcendis sceleribus exemplum nobile;* 28, 12, 7: *exiguus alendo exercitui* u. a. — *tempest.,* 1, 5, 2. — *puberes,* s. Fest. 237: *quo facto Potitii, cum essent ex familia numero duodecim, omnes interierunt intra diem XXX;* Autor de orig. q. R. 8: *quo facto aiunt intra dies triginta omnem familiam Potitiorum — extinctam.* Desshalb liest Th. Mommsen bei L.: *cum duodecim familiae* (genit. sing.) *ea temp. Potitiorum essent puberes, a. d.* (ante diem) *XXX., omnes intra an.* etc. Doch müsste der Fehler sehr alt sein, da schon Val. Max. 1, 1, 17 unseren Text gehabt zu haben scheint: *omnes, qui erant numero supra triginta, puberes intra annum extincti sunt.* — *intra,* § 7. *cum st.,* c. 34, 19; vergl. Nieb. R. G. 1, 99.

11 omnis intra annum cum stirpe exstinctos; nec nomen tantum Potitiorum interisse, sed censorem etiam Appium memori
30 deum ira post aliquot annos luminibus captum. Itaque consules qui eum annum secuti sunt, C. Iunius Bubulcus tertium et Q. Aemilius Barbula iterum, initio anni questi apud populum deformatum ordinem prava lectione senatus, qua po-
2 tiores aliquot lectis praeteriti essent, negaverunt eam lectionem se, quae sine recti pravique discrimine ad gratiam ac libidinem facta esset, observaturos; et senatum extemplo citaverunt eo ordine qui ante censores App. Claudium et C.
3 Plautium fuerat. et duo imperia eo anno dari coepta per populum, utraque pertinentia ad rem militarem: unum ut tribuni militum seni deni in quattuor legiones a populo crearentur, quae antea perquam paucis suffragio populi relictis locis dictatorum et consulum ferme fuerant beneficia. tulere

11. *post al.* L. lässt mit Recht einen weiten Spielraum, da Appius nach der Censur Consul und Dictator war, 14 Jahre später 10, 16 ff. ein Heer commandirte, also erst lange nachher erblindet sein kann, vgl. Cic. Tusc. 5, 38. — *memori*, von der Person übergetragen, 1, 28, 11, um zugleich zu bezeichnen, dass der Zorn in der Erinnerung seinen Grund hat. — *lumin. capt.*, L. hält ihn für erblindet, in der Epit. XIII wird nur von einer *valetudo oculorum* gesprochen.

30. 1. *Iunius*, c. 28. *Aemilius*, c. 20. — *apud p.*, in einer contio, sie umgehen den Senat, den sie nicht anerkennen. Nach L. scheint das Volk mit den Tribunen das Verfahren der Consuln (wenn auch nicht in einem förmlichen Beschlusse) gebilligt zu haben, dagegen Diod. l. l.: ὁ δὲ δῆμος τούτοις (den Consuln) μὲν ἀντιπράττων, τῷ δὲ Ἀππίῳ συμφιλοτιμούμενος, καὶ τὴν τῶν συγγενῶν προαγωγὴν βεβαιῶσαι βουλόμενος etc. — *lectione s.*, c. 29, 7; diese erscheint hier zum ersten Male als Function der Censoren, vgl. 4, 8, 2. — *potiores a. l.*, vorzüglicher als die, welche in den Senat gewählt wären.

2. *sine r. p. d.*, die wahrscheinlich schon damals geltende lex Ovinia dagegen verordnete: *ut censores ex omni ordine optimum quemque iurati in senatum legerent.* Genauer wird c. 46, 10 der Grund angegeben: *libertinorum filiis lectis.* — *ad gratiam* etc., nach Gunst und Willkür. Appius will sich eine Partei im Senate und diesen von sich abhängig machen, s. Nieb. R. G. 3, 345; Drumann 2, 171. — *observaturos*, anerkennen; sie cassiren (der einzige Fall dieser Art) die ganze Liste, wol auch desshalb, weil Plautius nicht dazu mitgewirkt, oder intercedirt hatte, s. c. 29, 7. — *citaverunt*, sie lasen vor dem Volke die Liste der Senatoren vor, und schlossen die von Appius Aufgenommenen aus.

3. *imperia*, Befehlshaberstellen. — *dari c.* galt von den Kriegstribunen nur theilweise, s. 7, 5, 9. — *seni d.*, die Befehlshaber wählen also nur noch acht Tribunen in die gewöhnlich ausgehobenen 4 Legionen, die für die übrigen bleiben ihnen allein zu besetzen. — *beneficia*, Beförderungen, die von der Gunst der Consuln abhiengen.

eam rogationem tribuni plebei L. Atilius C. Marcius. alterum 4 ut duumviros navales classis ornandae reficiendaeque causa idem populus iuberet. lator huius plebis sciti fuit M. Decius tribunus plebis. — Eiusdem anni rem dictu parvam 5 praeterirem, ni ad religionem visa esset pertinere. tibicines, quia prohibiti a proximis censoribus erant in aede Iovis vesci, quod traditum antiquitus erat, aegre passi Tibur uno agmine abierunt, adeo ut nemo in urbe esset, qui sacrificiis praecineret. eius rei religio tenuit senatum; legatosque Ti- 6 bur miserunt, ut darent operam, ut hi homines Romanis restituerentur. Tiburtini benigne polliciti primum accitos eos 7 in curiam hortati sunt, uti reverterentur Romam: postquam perpelli nequibant, consilio haud abhorrente ab ingeniis hominum eos adgrediuntur. die festo alii alios per speciem 8 celebrandarum cantu epularum causa invitant, et vino, cuius avidum ferme genus est, oneratos sopiunt; atque ita in plau- 9

4. *duumviros n.*, Admirale, s. Marquardt 3, 1, 21; 3, 2, 395. — *ornandae*, mit dem Nöthigen ausrüsten; *reficiendaeque* ist nachträgliche Bestimmung: dadurch wieder in tüchtigen Stand setzen. Wahrscheinlich haben besondere Verhältnisse jetzt zum ersten Male diese Wahl nöthig gemacht, s. Nieb. 3, 282, denn dass Rom schon lange vorher eine Seemacht hatte, zeigen die Verträge mit Carthago, die Erwähnung einer Trireme, 5, 28, 2, und die Seestädte Ostia, Antium, Anxur; dass es um jene Zeit das Meer nicht ausser Acht liess die Gründung der Col. Pontiae, s. Mommsen Gesch. 1, 296. — *populus*, in den Tributcomitien, Becker 2, 2, 368 f. Die Anträge der Volkstribunen sind seit langer Zeit die ersten, s. 7, 42.

5. *ad religionem*, s. Einleit. S. 15. — *tibicines*, sie bildeten (seit Numa) eine Zunft, die, wie u. St. zeigt, eng zusammenhielt, um ihre Berechtigungen, zu denen auch das feierliche Opfermahl (*in aede Iov. vesci*) gehört zu haben scheint, zu behaupten. Sie waren *publici* und *privati;* nur von den Ersteren ist hier die Rede. — *sacrif. praec.*, Censorin. de d. n. 12: *nisi grata esset inmortalibus deis* (musica), — *nec tibicen omnibus supplicationibus in sacris aedibus adhiberetur;* Cic. Leg. ag. 2, 34: *hostiae — ad tibicinem immolabantur;* Ov. Fast. 6, 653: *Cantabat fanis, cantabat tibia ludis* (s. 7, 2), *cantabat maestis tibia funeribus.* — *proximis,* die c. 29 genannten.

6. *relig. ten.*, die religiösen Bedenken darüber beschäftigten lange den Senat. — *ut — ut,* die Wiederholung von *ut* findet sich bei L. mehrfach, s. 4, 59, 11; 21, 19, 6 u. a., an a. St. fehlt es das eine Mal, s. 3, 54, 1; 8, 23, 11 u. a.; verschieden sind die Fälle, wo das zweite *ut* das erste nur aufnimmt, s. 3, 64, 10.

7–9. *Tiburtini,* sonst *Tiburtes,* 7, 9, 1 u. a. — *curiam,* s. 8, 14, 9. — *nequibant,* 2, 25, 3. — *per speciem* gehört zu *celebrandarum c. epul.;* die Einladung erfolgte wirklich, der Zweck war nur ein vorgegebener, Val. Max. 2, 5, 4: *interposita festae epulationis si-*



stra somno vinctos coniciunt ac Romam deportant. nec prius sensere quam plaustris in foro relictis plenos crapulae eos 10 lux oppressit. tunc concursus populi factus, impetratoque ut manerent, datum ut triduum quotannis ornati cum cantu atque hac quae nunc sollemnis est licentia per urbem vagarentur, restitutumque in aede vescendi ius iis qui sacris praecinerent. haec inter duorum ingentium bellorum curam gerebantur.

31 Consules inter se provincias sortiti: Iunio Samnites, 2 Aemilio novum bellum Etruria sorte obvenit. in Samnio Cluviam praesidium Romanum, quia nequiverat vi capi, obsessum fame in deditionem acceperant Samnites, verberibusque 3 foedum in modum laceratos occiderant deditos. huic infensus crudelitati Iunius, nihil antiquius oppugnatione Cluviana ratus, quo die adgressus est moenia, vi cepit atque omnes 4 puberes interfecit. inde victor exercitus Bovianum ductus. caput hoc erat Pentrorum Samnitium longe ditissimum atque 5 opulentissimum armis virisque. ibi quia haud tantum irarum erat, spe praedae milites accensi oppido potiuntur. minus itaque saevitum in hostes est, praedae plus paene quam ex omni Samnio umquam egestum, benigneque omnis militi con- 6 cessa. et postquam praepotentem armis Romanum nec acies subsistere ullae nec castra nec urbes poterant, omnium prin-

mulatione. — *genus,* 8, 24, 6. — *vinctos,* 5, 44, 7.

10. *impetrato,* 6. 25, 5. — *hac,* praef. 4. — *licentia,* Censorin a. d. a. St.: *non tibicinibus esset permissum — Quinquatribus minusculis id est idibus Iuniis urbem vestitu quo vellent personatis* (*personis tecto capite variaque veste* Val. Max. 1. 1.) *temulentisque pervagari.* — *aede* n. *Iovis,* auf dem Capitolium.

31. Fortsetzung des Krieges gegen die Samniten, Zonar. 8, 1; Nieb. 3, 284 ff.

1. *sortiti* ist hier von der sortitio, sonst auch von der comparatio gebraucht. — *novum bell.,* da provincia Geschäftskreis ist. Ueber die Appos. *Etruria,* c. 42, 4; 6, 6, 13: *nova haec cura Latini.* — *obvenit* wie *evenire* kommt auch bei der sortitio vor, 30, 40, 13.

2—4. *Cluviam,* vielleicht in der Nähe der Caudinischen Pässe, ein römischer Posten. Die Eroberung der Stadt ist nicht erwähnt. — *Bovianum,* von *bov-is,* weil ein Stier die Auswandernden geführt haben sollte, östlich von dem M. Matese, und nicht zu verwechseln mit dem mehr nördlich im Gebiet der Caracener gelegenen Bovianum vetus. Die Stadt war schon früher bestürmt, s. c. 28, und wird auch jetzt nur geplündert nicht behauptet, s. c. 44, 14. — *Pentrorum,* eines der 4 Samnitischen Völker zwischen den Caraceni und Caudini wohnend, 22, 61, 11.

5—6. *haud tantum* (n. *quantum Cluviae*) findet sich selten verbunden, s. 27, 48, 5, eben so *haud tam,* 2, 34, 12. — *subsistere,* 1,

cipum in Samnio eo curae sunt intentae, ut insidiis quaereretur locus, si qua licentia populando effusus exercitus excipi ac circumveniri posset. transfugae agrestes et captivi 7 quidam, pars forte pars consilio oblati, congruentia ad consulem adferentes, quae et vera erant, pecoris vim ingentem in saltum avium conpulsam esse, perpulerunt, ut praedatum eo expeditae ducerentur legiones. ibi ingens hostium exer- 8 citus itinera occultus insederat, et postquam intrasse Romanos vidit saltum, repente exortus cum clamore ac tumultu incautos invadit. et primo nova res trepidationem fecit, dum 9 arma capiunt, sarcinas congerunt in medium: dein postquam, ut quisque liberaverat se onere aptaveratque armis, ad signa undique coibant, et notis ordinibus in vetere disciplina militiae iam sine praecepto ullius sua sponte struebatur acies, consul ad ancipitem maxime pugnam advectus desilit ex 10 equo, et Iovem Martemque atque alios testatur deos se nullam suam gloriam inde sed praedam militi quaerentem in eum locum devenisse, neque in se aliud quam nimiam di- 11 tandi ex hoste militis curam reprehendi posse. ab eo se dedecore nullam rem aliam quam virtutem militum vindicaturam. coniterentur modo uno animo omnes invadere hostem, 12 victum acie, castris exutum, nudatum urbibus, ultimam spem

4, 9. — *principum,* wie 8, 39, 10: *in conciliis.* — *si qua,* s. 3, 52, 2; Z. § 354 a. E. — *excip. a. c.,* auffangen, erwischen, und von allen Seiten einschliessen, bedrängen, gewöhnlich durch List und aus einem Hinterhalt.

7. *agrestes,* c. 28, 4. — *pars — oblati* gehört nur zu *captivi,* da bei *transfugae* das Absichtliche sich von selbst versteht. — *pecoris,* Viehzucht war der Hauptnahrungszweig der Samniten. — *saltum av.,* nach Zon. l. l. εἰς τὰς ὕλας τὰς Ἀόρνους. — *expeditae,* hier, wie das Folg. zeigt, nicht: ohne Gepäck, sondern nur mit dem Nöthigsten versehen, vgl. 7, 37, 11.

9. *se aptaverat ar.,* sich kampffertig machen, *aptare* kann wie *circumdare* den accus. und abl. oder den dat. u. acc. wie 44, 34, 8: *aptare corpori arma* zu sich nehmen; daher auch 5, 49, 3: *arma aptare,* 22, 5, 3. Zur Sache s. Caes. B. G. 2, 21 extr. — *coibant — struebatur,* nach dem sie bereits angefangen hatten. — *in vet. d.* statt eines Causalsatzes, s. 1, 28, 8, um das Verhältniss, unter und in Folge von dem etwas eintritt, zu bezeichnen. Viele in dem röm. Heere hatten, da es das 15. Jahr des Krieges ist, gewiss schon viele Feldzüge mitgemacht, L. denkt sie sich als Veteranen, s. Caes. l. l. 2, 20; zu *signa ord.* c. 27, 10.

10—12. *ad anc. m. p.,* dahin, wo sie — war, da die Feinde bereits angegriffen haben. — *que atque,* 5, 25, 2. — *alios,* die Salus, c. 43, 25. — *ab eo* ist aus *in eum loc. devenisse,* welches die gefährliche Lage bezeichnet, und dem Zusammenhange zu erklären. — *coniterentur,* wie c. 26, 15 *adnisi* construirt. — *modo,* es bedürfe

furto insidiarum temptantem, et loco non armis fretum. 13 sed quem esse iam virtuti Romanae inexpugnabilem locum? Fregellana arx Soranaque, et ubicumque iniquo successum 14 erat loco, memorabantur. his accensus miles omnium inmemor difficultatium, vadit adversus inminentem hostium aciem. ibi paulum laboris fuit, dum in adversum clivum 15 erigitur agmen, ceterum postquam prima signa planitiem summam ceperunt, sensitque acies aequo se iam institisse loco, versus extemplo est terror in insidiatores, easdemque latebras, quibus se paulo ante texerant, palati atque inermes 16 fuga repetebant. sed loca difficilia hosti quaesita ipsos tum sua fraude inpediebant. itaque ergo perpaucis effugium patuit: caesa ad viginti milia hominum, victorque Romanus ad oblatam ab hoste praedam pecorum discurrit.

32 Dum haec geruntur in Samnio, iam omnes Etruriae populi praeter Arretinos ad arma ierant ab oppugnando Sutrio, quae urbs socia Romanis velut claustra Etruriae erat, ingens 2 orsi bellum. eo alter consulum Aemilius cum exercitu ad liberandos obsidione socios venit. advenientibus Romanis Sutrini commeatus benigne in castra ante urbem posita ad-3 vexere. Etrusci diem primum consultando, maturarent traherentne bellum, traduxerunt. postero die, ubi celeriora quam tutiora consilia magis placuere ducibus, sole orto si-

nur u. s. w., s. c. 3, 12. — *furto insid.*, im Gegensatze zum offenen, ehrlichen Kampfe, ein heimliches, hinterlistiges Unternehmen.

13. *Fregellana a.*, c. 25. *Sorana*, c. 24. — *successum er.*, wo man mit günstigem Erfolge an ungünstigen Orten gegen die Feinde angerückt war, wahrscheinlich ist zugleich an den uneigentlichen Gebrauch von *succedit (rei)* zu denken, s. 2, 45, 5: *nolle — successum — patribus*, der sonst gewöhnlich in der activen Form statt hat.

14—16. *clivum* etc., vgl. 2, 65, 5. — *hosti*, für die Römer, um sie zu fangen, ihnen zu schaden. — *sua*, s. c. 7, 6: die ihnen angehörige, von ihnen ausgegangene. — *itaque er.*, 1, 25, 2. Nach Zonar. haben im Gegentheil die Römer eine so grosse Niederlage erlitten.

32—33, 2. Krieg gegen Etrurien.

1. *omnes p.*, ein Bundeskrieg. — *Arretinos*, j. Arezzo, im nordöstlichen Etrurien. Sie müssen sich bald den übrigen angeschlossen haben, s. c. 37, 12; während Caere schwerlich am Kriege Theil nahm, s. 7, 20, s. auch c. 41, 5. — *Sutrio*, 6, 3, 2. — *socia*, als latin. Colonie gehörte sie zu den civitates foederatae. — *claustra*, gegen Volsinii hin, vgl. 6, 9, 4.

2—4. *cum exer.*, wol 2 Legionen, also weit geringer als das c. 29, 4 ausgehobene. — *maturarent tr.*, st. *maturarentne traherentne*, ist bei L. eben so häufig, als bei Cicero selten, s. zu Cic. Fin. 4, 27, 76. — *celeriora — placuere* enthält ein missbilligendes Urtheil L's; *magis* gehört nicht zum Comparativ, s. c. 7, 6. Zur Sache vergl.

gnum pugnae propositum est, armatique in aciem procedunt. quod postquam consuli nuntiatum est, extemplo tesseram 4 dari iubet, ut prandeat miles firmatisque cibo viribus arma capiat. dicto paretur. consul ubi armatos paratosque vidit, 5 signa extra vallum proferri iussit, et haud procul hoste instruxit aciem. aliquamdiu intenti utrimque steterunt expectantes, ut ab adversariis clamor et pugna inciperet; et prius 6 sol meridie se inclinavit, quam telum hinc aut illinc emissum est. inde ne infecta re abiretur, clamor ab Etruscis oritur, concinuntque tubae et signa inferuntur. nec segnius a Romanis pugna initur. concurrunt infensis animis. nu- 7 mero hostis, virtute Romanus superat. anceps proelium mul- 8 tos utrimque et fortissimum quemque absumit, nec prius inclinata res est, quam secunda acies Romana ad prima signa integri fessis successerunt. Etrusci, quia nullis recentibus 9 subsidiis fulta prima acies fuit, ante signa circaque omnes ceciderunt. nullo umquam proelio fugae minus nec plus caedis fuisset, ni obstinatos mori Tuscos nox texisset, ita ut victores prius quam victi pugnandi finem facerent. post oc- 10 casum solis signum receptui datum est; nocte ab utroque in castra reditum. nec deinde quicquam eo anno rei me- 11 moria dignae apud Sutrium gestum est, quia et ex hostium exercitu prima tota acies deleta uno proelio fuerat subsidiariis modo relictis, vix quod satis esset ad castrorum prae-

2, 51, 7; 4, 18, 2. — *signum*, 6, 12, 7. — *tesseram*, 7, 35, 1.

5—7. *expectantes, ut*, so auch 23, 31, 7; 26, 18, 5 u. a., dagegen 3, 11, 13; 10, 36, 2: *expectantes, dum*, vgl. 3, 37, 5. — *tubae*, *σάλπιγξ*, sie stammte wahrscheinlich aus Etrurien. — *numero*, s. c. 29, 2.

8. *secunda acies*, die principes, dann die triarii, 8, 8. — *prima s.*, die Fahnen der Manipel der hastati, Bezeichnung des ersten Treffens. — *successerunt* ist in verschiedener Bedeutung verschieden construirt: sie rücken zu den Fahnen vor und traten — an die Stelle.

9. *recentibus*, die als frische Truppen hätten nachrücken können. — *fulta*, 7, 12, 8. — *ante s. c.* L. denkt auch die Fahnen der Etrusker hinter der ersten acies, 4, 37, 11. — *circaque*, 5, 35, 4, bezeichnet die hinter den ersten Gliedern stehenden. — *nullo u. p.* etc., vgl. c. 39, 11. — *Etrusci* — *Tuscos*, 1, 23, 8. Zur Sache s. Diod. 20, 35.

10—11. *ab utroque* n. Romano et Etrusco. — *subsidiariis m. r.* scheint die letzten Glieder der acies zu bezeichnen, weniger die Besatzung des Lagers, da sie dazu erst verwendet werden sollen und kaum ausreichen. Doch ist der Ausdruck in Bezug auf § 9: *nullis* — *fuit* ungenau. Mit der Schilderung der Schlachten beschäftigt hat L. die Triumphe der Consuln: C. Iunius *an. CDXLII Non. Sext. de Samnitibus* — Q. Aemilius *Id. Sext. de Etrusceis* übergangen, oder in seinen Quellen nicht gefunden.

12 sidium, et apud Romanos tantum vulnerum fuit, ut plures post proelium saucii decesserint, quam ceciderant in acie.

33 Q. Fabius insequentis anni consul bellum ad Sutrium exce-
2 pit, collega Fabio C. Marcius Rutilus datus est. ceterum et Fabius supplementum ab Roma adduxit, et novus exercitus domo accitus Etruscis venit.

3 Permulti anni iam erant cum inter patricios magistratus tribunosque nulla certamina fuerant, cum ex ea familia, quae velut fatalis *ad lites* cum tribunis ac plebe erat, certamen
4 oritur. Ap. Claudius censor circumactis decem et octo mensibus, quod Aemilia lege finitum censurae spatium temporis erat, cum C. Plautius collega eius magistratu se abdicasset,
5 nulla vi conpelli ut abdicaret potuit. P. Sempronius erat tribunus plebis, qui finiendae censurae intra legitimum tempus actionem susceperat, non popularem magis quam iustam,
6 nec in vulgus quam optimo cuique gratiorem. is cum identidem legem Aemiliam recitaret, auctoremque eius Mamercum Aemilium dictatorem laudibus ferret, qui quinquennalem ante censuram et longinquitate potestatem dominantem intra sex

33. 1. *Fabius,* c. 22; 8, 38. — *Marcius,* Sohn des 7, 38 und sonst oft erwähnten. — *Etruscis,* für sie, ihnen zugedacht, bestimmt; wie der Dativ mit *venire* nicht selten verbunden wird, s. 1, 7, 1; 7, 29, 3; 24, 8, 15 u. a., vgl. c. 29, 1.

33, 3—**34.** Der Tribun P. Sempronius bemüht sich umsonst Appius Claudius zur Niederlegung der Censur zu bewegen.

3. *cum,* seit. Die letzten Streitigkeiten sind 8, 23 erwähnt. — *patricios,* s. 4, 43, 10. — *tribunos,* auch ohne den Zusatz von *plebis* oft Volkstribunen. — *fatales a. l.,* die Hdss. haben nur *fatalescum* oder *fataliscum*, was nicht richtig sein kann, da weder *fatalis* noch *cum* den Begriff des Streites enthält.

4. *circumactis d. e. o. m.,* wenn Appius schon 442 a. u., c. 29, im Amte war, so hätte die gesetzliche Zeit seiner Censur schon im Jahre vorher abgelaufen sein müssen. Im Folg., c. 34, 15; 22; 24, lässt L. den Redner so sprechen, als ob die Verhandlung noch vor dem Ablauf der 18 Monate Statt gehabt hätte. — *finitum,* festgestellt, bestimmt, mit der Andeutung der Beschränkung, s. 4, 24, 7, daher § 5 *finiendae i.* die gesetzliche Zeit nicht überschreiten lassen. — *cum — abdic.,* entweder: nachdem, oder obgleich bereits früher (vor der gesetzlichen Zeit, s. c. 29, 7) sein College u. s. w.

5. *Sempron. erat,* 7, 26, 2. — *actionem,* 2, 56, 4. — *non pop. mag.,* nicht sowol geeignet Volksgunst zu verschaffen, worauf sonst solche actiones tribuniciae berechnet waren u. s. w. Indess will L. nicht andeuten, dass die Plebs für Appius Partei genommen habe, wie Diod. berichtet, s. zu c. 30, 1, vgl. c. 34, 26. — *nec — gratiorem:* und die desshalb nicht sowol u. s. w., aber ohne genauere logische Beziehung angeknüpft. — *optimo c.,* gute, conservative Bürger, c. 46, 13.

6—7. *et long. pot. dom.,* s. 4, 24, 5; über die Wortstellung praef.

mensum et anni coegisset spatium, „dic agedum," inquit 7 „Appi Claudi, „quidnam facturus fueris, si eo tempore, quo C. Furius et M. Geganius censores fuerunt, censor fuisses." negare Appius interrogationem tribuni magno opere ad cau- 8 sam pertinere suam: nam et si tenuerit lex Aemilia eos censores, quorum in magistratu lata esset, quia post illos cen- 9 sores creatos eam legem populus iussisset, quodque postremum iussisset, id ius ratumque esset, non tamen aut se aut eorum quemquam, qui post eam legem latam creati censores essent, teneri ea lege potuisse. Haec sine ullius adsensu **34** cavillante Appio „est," inquit „Quirites, illius Appii progenies, qui decemvir in annum creatus altero anno se ipse creavit, tertio nec ab se nec ab ullo creatus privatus fasces et imperium obtinuit, nec ante continuando abstitit magi- 2 stratu quam obruerent eum male parta, male gesta, male retenta imperia. haec est eadem familia, Quirites, cuius vi 3 atque iniuriis conpulsi extorres patria Sacrum montem cepistis; haec, adversus quam tribunicium auxilium vobis conparastis; haec, propter quam duo exercitus Aventinum inse-

5. — *intra* — *coegis.*, auf — beschränkt hätte. — *mensum*, 3, 24, 4. — *facturus f.*, 2, 33, 9.

8. *et si* etc. Der Sinn ist: das Aemilische Gesetz habe nur die Census des Furius und Geganius beschränkt, denn nur über sie habe das Volk zweimal abgestimmt (der Nachdruck liegt auf *post creatos*), und da habe der letzte Beschluss *quod postremum* — *esset*, 7, 17, 12, Geltung gehabt; die folgenden Censoren wären wieder auf 5 Jahre gewählt worden, und hätten so lange im Amte bleiben können, weil ein sie beschränkender Volksbeschluss nicht jedesmal wieder sei gefasst worden. Der Trugschluss lag darin, dass Appius die lex Aemilia, die sich auf die Censur überhaupt bezog, und in Rücksicht auf den Volksbeschluss, durch den die Censur eingesetzt war, das enthielt *quod postremum populus iussisset*, nur für die Censur des Furius und Geganius gelten lassen wollte, s. c. 34, 6. Doch hatte sein Verfahren vielleicht einen Schein des Rechtes, wenn anders Zon. 7, 19 nicht unrichtig angiebt, dass die lex Aemilia nur in der mittleren Zeit gegolten habe, s. Becker 2, 2, 195.

9. *eam legem* — *ea lege*, des Nachdrucks wegen. — *teneri*, 3, 55, 3. — *potuisse*, sie habe gar nicht — können; der Natur der Sache nach.

34. Die Rede des Sempronius ist keine förmliche Anklage vor dem Volke, sondern eine contio, wie 8, 33 ff.

1—5. Charakteristik der Claudier. — *cavillante*, 3, 20, 4. — *est:* wundert euch nicht, er ist ja. — *altero a.*, 3, 35. — *tertio*, 3, 38. — *ullo*, substantiv. — *privatus*, s. 3, 39, 8. — *male parta*, weil er sich selbst creirt hatte. *male g.*, die tyrainnsche Herrschaft, die 3, 35 ff. geschildert ist. *male ret.*, über die gesetzliche Zeit. — *Sacrum m.*, die erste Secession 2, 32. — *adversus q.*, gegen die gerichtet, um die zu bekämpfen, vgl. c. 26, 20. — *duo exerc.*, Apposition

distis; haec, quae fenebres leges, haec, quae agrarias semper
4 inpugnavit. haec conubia patrum et plebis interrupit; haec
5 plebi ad curules magistratus iter obsaepsit. hoc est nomen
6 multo quam Tarquiniorum infestius vestrae libertati. itane
tandem, Appi Claudi, cum centesimus iam annus sit ab Mam.
Aemilio dictatore, tot censores fuerint, nobilissimi fortissimique viri, nemo eorum duodecim tabulas legit? nemo id
7 ius esse quod postremo populus iussisset scivit? immo vero
omnes sciverunt; et ideo Aemiliae potius legi paruerunt
quam illi antiquae, qua primum censores creati erant, quia
hanc postremam iusserat populus, et quia, ubi duae contra-
8 riae leges sunt, semper antiquae obrogat nova. an hoc dicis,
Appi, non teneri Aemilia lege populum? an populum teneri,
9 te unum exlegem esse? tenuit Aemilia lex violentos illos
censores C. Furium et M. Geganium, qui quid iste magistratus in re publica male facere posset indicarunt, cum ira
finitae potestatis Mam. Aemilium, principem aetatis suae belli
10 domique, aerarium fecerunt; tenuit deinceps omnes censores
intra centum annorum spatium; tenet C. Plautium collegam
11 tuum isdem auspiciis, eodem iure creatum. an hunc non

zu *vos* in *insedistis.* — *Aventinum,* 3, 50, 13; ib. 51, 10; 54, 9. — *fenebres* — *agrarias,* s. 2, 30; 44; 61; 6, 40 ff. u. a. — *conubia,* 4, 1. — *iter obs.,* 4, 6, 7; 6, 40. — *nomen* = *gens*, wie es auch von Völkern gebraucht wird, 2, 42, 2.

6—7. Die Ansicht des Appius über die letztgültige Entscheidung des Volkes widerspricht aller Autorität und dem seitherigen Verfahren. — *itane,* „also wirklich;" es wäre sehr zu verwundern, wenn, wie aus deiner Behauptung gefolgert werden muss, keiner u. s. w. — *centesimus*, die lex Aemilia wurde 321 a. u. gegeben. — *contrariae* ist nicht zu urgiren, da das zweite Gesetz nicht das erste ganz (die Censur überhaupt), sondern nur einen Theil desselben, die fünfjährige Dauer derselben, aufhob, daher auch nicht *abrogat,* sondern *obrogat,* s. c. 33, 8.

8—10. Die lex Aemilia ist für das ganze Volk, also auch für Appius und die Censoren überhaupt bindend; eine einseitige Verpflichtung anzunehmen wäre eben so verkehrt, als das § 6 Gesagte; daher *an,* eine rhetorische Frage, Zumpt § 351; das folgende *an pop.* ist eine wirkliche. — *non teneri*, so dass das Volk auch nach der lex Aemilia, und ohne dieselbe wieder aufzuheben, Censoren auf 5 Jahre wählen könnte; während es gerade in dem Wesen der *lex* liegt, dass das Volk an sie gebunden ist. — *an pop. ten.* etc. Die Magistrate, als ein Theil des Volkes, sind ebenfalls an die leges gebunden, wie dieses in dem vorliegenden Falle alle Censoren nach der lex Aemilia factisch anerkannt haben. — *violentos,* wegen des Folg. — *finitae,* wie c. 33, 4. — *aerarium,* 4, 24. — *isdem ausp.*, s. 7, 1, erklärt durch *eodem iure.*

11—15. Wenn die Ansicht des Appius, dass die durch Volksbeschlüsse festgesetzte Beschränkung der Magistrate nicht die Aemter selbst, sondern nur die dieselben

ut qui optimo iure censor creatus esset populus creavit? tu unus eximius es, in quo hoc praecipuum ac singulare valeat? quem tu regem sacrificiorum crees? amplexus regni nomen 12 ut qui optimo iure rex Romae creatus sit creatum se dicet? quem semestri dictatura, quem interregno quinque dierum contentum fore putes? quem clavi figendi aut ludorum causa dictatorem audacter crees? quam isti stolidos ac socordes 13 videri creditis eos, qui intra vicesimum diem ingentibus rebus gestis dictatura se abdicaverunt, aut qui vitio creati abierunt magistratu? quid ego antiqua repetam? nuper intra 14 decem annos C. Maenius dictator, quia, cum quaestiones se-

führenden Personen beträfe, richtig wäre, so könnte kein Magistrat ohne Gefahr für die Freiheit gewählt werden; auch steht die ganze Praxis ihr entgegen. — *ut qui opt. iure* war ein Theil der Formel in der lex, nach der die Censoren gewählt wurden. Sie hatte sich schon in der lex curiata für die Könige gefunden, s. § 12, und war in Wahlformeln der Magistrate übergegangen, s. Cic. Leg. ag. 2, 11, 29; Phil. 5, 16: *sit pro praetore eo iure, quo qui optimo.* Der Sinn der Worte war, dass auf den neu gewählten Magistrat alleRechte, die bis dahin mit dem Amte verbunden gewesen waren, ohne Einschränkung übergehen sollten, daher sagt Festus p. 198 von dem Dictator *postquam provocatio ab eo magistratu ad populum data est, quae ante non erat, desitum est adici „ut optima lege sint“ utpote inminuto iure priorum magistratuum.* Appius gründete also auf diese Formel, die auch nach der lex Aemilia in der Wahlformel beibehalten war, den Anspruch, dass die Censoren noch alle Rechte, die jemals die Censur gehabt hätte, besässen, also auch die fünfjährige Dauer des Amtes. Der Redner widerlegt ihn, indem er darauf hinweist, dass App. seinem Collegen dieses Recht abspreche, sich allein beilege. — *eximius,* ausgenommen. — *praecipuum ac s.,* „dieses Privilegium.“

12. *quem — crees,* wie könnte (dürfte) man da — wählen? Der Redner wirft sich selbst diese Frage auf, daher der Conjunctiv; eine an Andere gerichtete, wie § 13: *creditis,* würde den Indicativ fordern. — *amplexus r. n.* ist nachdrücklich vor *ut* vorangestellt: der als r e x sacrificiorum gewählte könnte sich ja dann an den Namen *rex* halten, anklammern, und alle Rechte der früheren Könige in Anspruch nehmen. — *ut qui = ut eum qui.* — *quem — putes,* die beiden Beispiele sind nicht ganz passend, da die Dauer der beiden Aemter nie eine längere gewesen war. — *quem — crees?* er würde darauf Anspruch machen rei gerundae causa gewählt zu sein und das volle Recht der Dictatur zu haben, weil er eben Dictator sei. — *audacter,* ohne Besorgniss, dass er sein Amt missbrauchen werde.

13—14. *quam isti* etc., sie sind alle Thoren gewesen, dass sie nicht ihr Recht in seinem ganzen Umfange geltend gemacht haben. — *vitio cr.,* 4, 7, 3. — *intra dec. a.* L. scheint hier der Nachricht zu folgen, nach welcher Maenius fünf Jahre früher, als er selbst erzählt hat, Dictator quaestionum habendarum causa war, s. c. 26, 7.

verius quam quibusdam potentibus tutum erat exerceret, contagio eius quod quaerebat ipse criminis obiectata ab inimicis est, ut privatus obviam iret crimini, dictatura se abdicavit.
15 nolo ego istam in te modestiam: ne degeneraveris a familia imperiosissima et superbissima; non die non hora citius quam necesse est magistratu abieris, modo ne excedas fini-
16 tum tempus. satis est aut diem aut mensem censurae adicere? triennium, inquit, et sex menses ultra quam licet Aemilia lege censuram geram, et solus geram. hoc quidem iam
17 regno simile est. an collegam subrogabis, quem ne in de-
18 mortui quidem locum subrogari fas est? paenitet enim, quod antiquissimum sollemne et solum ab ipso, cui fit, institutum deo, ab nobilissimis antistitibus eius sacri ad servorum mi-
19 nisterium religiosus censor deduxisti, gens antiquior originibus urbis huius, hospitio deorum inmortalium sancta, propter te ac tuam censuram intra annum ab stirpe extincta est, nisi universam rem publicam eo nefario obstrinxeris,
20 quod ominari etiam reformidat animus. urbs eo lustro capta est, quo demortuo collega C. Iulio censore L. Papirius Cursor, ne abiret magistratu, M. Cornelium Maluginensem
21 collegam subrogavit. et quanto modestior illius cupiditas fuit quam tua, Appi? nec solus nec ultra finitum lege tem-

15—17. Die Länge der Zeit, welche App. der Censur zulegen und dann sie allein führen will, lässt sein Unternehmen gefährlich erscheinen. — *modestiam*, Mässigung. — *ne degen.*, du sollst nicht als entartet erscheinen, hast nicht nöthig, dich als einen Ausgearteten zu zeigen, vgl. 8, 18, 3. — *non die* etc., also die Zeit der Censur ist noch nicht abgelaufen, s. c. 33, 4. — *satis est*, genügt es etwa? — nein, vielmehr. — *solus*, ein wichtiges Moment, s. 5, 31, 7. — *regnum*, 3, 38, 1; ib. 58, 5 u. a.

18—22. Will Appius einen Collegen nachwählen lassen, so wird er den Staat in grosses Verderben stürzen, wie er schon den Untergang des Geschlechtes der Potitier veranlasst hat. — *demortui*, um den Verlust zu bezeichnen, den der Staat und der College des Verstorbenen erleiden, s. Doederlein Syn. 3, 182. Zur Sache s. 6, 27, 4. — *paenit. enim:* du willst noch einen grösseren Frevel begehen, denn es ist dir nicht genug u. s. w. — *ab ip., c. f.*, 1, 7, 11. — *ab nob.* etc., c. 29, 9 ff. — *religiosus*, gewissenhaft; ironisch. — *hospitio*, was von Euander galt, wird auf die Potitier übergetragen. — *deorum*, des Hercules. — *propter te*, 8, 33, 21. — *nisi*, wenn du nicht auch, in Beziehung auf *paenitet* — *quod:* sondern du willst sogar u. s. w. — *eo nefar.*, einen (solchen) Frevel, dass u. s. w., nämlich der ein Unglück, wie das § 20 bezeichnete, herbeiführen wird. *nefario* ist Substantiv geworden, s. 4, 13, 9. — *reformidat*, s. 7, 30, 23; 3, 61, 4, bezieht sich mehr auf das dem *nefarium* folgende Unglück, als auf dieses selbst. — *ne abiret* etc. geht auf § 17 *an* etc. zurück, und vollendet die

pus L. Papirius censuram gessit. tamen neminem invenit, qui se postea auctorem sequeretur; omnes deinceps censores post mortem collegae se magistratu abdicarunt. te nec 22 quod dies exit censurae, nec quod collega magistratu abiit, nec lex, nec pudor coercet, virtutem in superbia, in audacia, in contemptu deorum hominumque ponis. ego te, Appi 23 Claudi, pro istius magistratus maiestate ac verecundia, quem gessisti, non modo manu violatum, sed ne verbo quidem inclementiori a me appellatum vellem: sed et haec, quae ad- 24 huc egi, pervicacia tua et superbia coegit me loqui, et nisi Aemiliae legi parueris, in vincula duci iubebo, nec, cum ita 25 conparatum a maioribus sit, ut comitiis censoriis, nisi duo confecerint legitima suffragia, non renuntiato altero comitia differantur, ego te, qui solus censor creari non possis, solum censuram gerere patiar.“ haec taliaque cum dixisset, 26 prendi censorem et in vincula duci iussit. adprobantibus sex tribunis actionem collegae tres appellanti Appio auxilio fuerunt; summaque invidia omnium ordinum solus censuram gesset.

Schlussreihe. — *post m. coll.*, vgl. 24, 43; Becker 2, 2, 192 f.

22. *te nec* etc. bildet den Gegensatz zu § 21, und fasst alles Gesagte zusammen. — *nec lex — coercet* wiederholen erklärend die beiden vorhergeh. Glieder, es ist doppeltes *nec — nec*, s. c. 24, 6. Eben so stellt *contemptu d. h.* das vorhergeh. *superbia*, Menschenverachtung, in Bezug auf *pudor* und *quod coll. mag. a.*, sowie *audacia*, Keckheit, die sich über das Gesetz hinwegsetzt, in Bezug auf *quod dies e. c.* und *lex* gesagt, von einer anderen Seite dar. Das Wesen der *virtus* wird aus den Gegensätzen klar. — Ueber *exit — abiit* s. § 15. Ueber *pudor* in anderer Bedeutung 5, 46, 7.

23—25. *maiest. ac ver.*, die Censur als sanctissimus magistratus. — *gessisti*, in Bezug auf *exit* § 22: die du seither u. s. w. — *paruer.*, *in vinc. d.*, nicht als Censor, sondern wenn er die Amtsbefugnisse überschreitet, da die Censoren in ihrer Verwaltung unverantwortlich gewesen zu sein scheinen, s. Bekker 2, 2, 197, daher ist *parueris* auf den Moment zu beziehen, wo die gesetzliche Zeit abgelaufen sein wird. — *censoriis*, Centuriatcom., Becker 2, 2, 193. — *confec. leg. suffr.*, die Majorität erlangen. — *non ren.* etc., weil der Fall hätte eintreten können, dass die Wahl des zweiten nicht zu Stande gekommen und der schon § 17 berührte Grundsatz verletzt worden wäre; s. Marquardt 2, 3, 109.

26. *prendi et i. v. d.*, s. 2, 56, 13; 3, 56, 4; Becker 2, 2, 284. Ungeachtet der Drohung, und selbst wenn sie ausgeführt worden wäre, hätte Appius erst selbst sein Amt niederlegen müssen, s. 2, 7, 10. — *appellanti*, c. 26, 10. — *omnium ord.*, also auch der Plebs, vergl. c. 33, 5.

35 Dum ea Romae geruntur, iam Sutrium ab Etr
sidebatur, consulique Fabio imis montibus ducenti
dam opem sociis temptandasque munitiones, si qu
2 acies hostium instructa occurrit; quorum ingentem
dinem cum ostenderet subiecta late planities, consu
paucitatem suorum adiuvaret, flectit paululum in cliv
— aspreta erant strata saxis —, inde signa in h
3 vertit. Etrusci omnium praeterquam multitudinis
sola freti erant, inmemores proelium ineunt adeo
avide, ut abiectis missilibus, quo celerius manus co
4 stringerent gladios vadentes in hostem: Romanus c
tela nunc saxa, quibus eos adfatim locus ipse arn
5 gerere. igitur scuta galeaeque ictae cum etiam
vulneraverant turbarent, neque subire erat facile
rem pugnam, neque missilia habebant, quibus e
6 gererent; stantes et expositos ad ictus, cum iam
tegeret, quosdam etiam pedem referentes, fluctuan
instabilem aciem redintegrato clamore strictis gla
7 et principes invadunt. eum impetum non tuleru
versisque signis fuga effusa castra repetunt. s
Romani praevecti per obliqua campi cum se fugie

35—37. Krieg in Etrurien; Ueberschreitung des mons Ciminius. Diod. 20, 35; Niebuhr 1, 509.

1—2. *iam* etc. knüpft an c. 33, 1 an. — *ducenti,* 8, 9, 1. — *temptandas — si qua,* 2, 25, 2; *si qua* ist wol nicht zugleich auf *ferendam op.* zu beziehen. — *subiecta late,* die unten (in Bezug auf *imis montibus*) sich weit hinziehende, *late* ist unmittelbar mit *subiecta* verbunden, da es eigentlich einen Begriff wie *patente* erwarten liesse. — *aspreta,* c. 24, 6; vgl. 1, 4, 5.

3—4. *omnium,* 1, 53, 1. — *abiectis* etc., c. 13, 2. — *vadentes,* nachdrücklich am Ende: während sie kühn — losgiengen, 2, 10, 5. — *quibus* geht nur auf *saxa,* vgl. 2, 65, 4.

5—6. *scuta — ictae,* der Umstand dass getroffen wurden. — *vulneraverant* n. *Romani.* — *turbarent* n. *hostes,* was auch bei *subire* (aufrücken), *habebant* und *stantes e. e.*

in den entsprechende
denken ist, während
wieder die Römer S
Die ganze Periode *ig*
dunt entspricht nach
Theilen § 3 u. 4. *sta*
das Vorhergeh.; *exp*
5, 54, 10, durch das F
Das Asyndeton *stante*
den Gegensatz an:
konnten nicht vorrück
griffen die Römer u.
65, 2 u. a. — *fluctua*
unter sich verbunden
und Apposition zum V
Ueber *fluctuant.* s.
24, 10. — *instabile*
auf *pedem referentes.*

7—8. *praevecti,*
obliqua c., s. c. 3,
montium, eigentlich
Feld d. h. das Feld
es sich schräg von d
den fliehenden Etrusk
deren Lager zog st. :

tulissent, omisso ad castra itinere montes petunt. inde inermi 8 paene agmine ac vexato vulneribus in silvam Ciminiam penetratum. Romanus multis milibus Etruscorum caesis duodequadraginta signis militaribus captis castris etiam hostium cum praeda ingenti potitur. tum de persequendo hoste agitari coeptum. Silva erat Ciminia magis tum invia atque **36** horrenda quam nuper fuere Germanici saltus, nulli ad eam diem ne mercatorum quidem adita. eam intrare haud fere quisquam praeter ducem ipsum audebat: aliis omnibus cladis Caudinae nondum memoria aboleverat. tum ex his qui 2 aderant — consulis fratrem M. Fabium, Caesonem alii, C. Claudium quidam matre eadem qua consulem genitum tradunt — speculatum se iturum professus, brevique omnia certa adlaturum. Caere educatus apud hospites Etruscis inde 3 litteris eruditus erat, linguamque Etruscam probe noverat.

das Feld. — *obtulissent — petunt,* der Wechsel der Subjecte ist auch hier zu beachten.

36. 1. *Silva erat,* 7, 26, 1. — *Ciminia,* das Gebirge von Viterbo, damals noch die Grenze zwischen dem freien und dem von Rom abhängigen Etrurien. Was im Folg. *magis tum — adita* gesagt wird, ist wahrscheinlich übertrieben, da das nördliche und südliche Etrurien Jahrhunderte hindurch in enger Verbindung gestanden haben, die, wenn auch noch andere Strassen da waren, schwerlich durch ein so unwegsames Gebirge unterbrochen gewesen wäre, s. § 9. Die Römer hatten schon einmal jenseits des Gebirges gestanden, s. 5, 33, waren aber vielleicht auf einem anderen Wege dahin gelangt, so dass Fabius, der seine Gründe haben konnte, gerade diesen Pass zu wählen, der erste war, der denselben überschritt, s. Dennis die Städte Etruriens 1, 129. — *Germanici s.,* s. Einl. S. 8; Flor. 1, 17 (12), 3: *Ciminius interim saltus, ante invius plane quasi Caledonius vel Hercynius, adeo tum terrori erat, ut senatus consuli denuntiaret, ne tantum periculi ingredi auderet.* — *nulli,* s. 1, 23, 10. — *aliis,* 1, 1, 1. Der Dativ wie bei *decedere,* s. c. 29, 1; *abscedere,* Caes. B. G. 2, 7 u. a. — *aboleverat,* 8, 11, 1.

2. *tum,* nachdem anfangs der Consul allein dafür gestimmt hatte. — *aderant* n. *in consilio,* s. c. 35, 8. — *consulis* etc. Dass der genannte ein Bruder des Consuls gewesen berichten Alle, aber Einige dass er ein rechter Bruder, entweder mit dem Vornamen *Marcus* oder *Caeso,* Andere dass er ein Stiefbruder von väterlicher Seite gewesen sei. Ueber *alii* s. 3, 37, 8. — *professus* scheint L. geschrieben zu haben, um nicht nach *speculatum, iturum* noch *professum* folgen zu lassen. Das Subject zu *professus* ist in *ex his* etc. enthalten, indem es das Prädicat zu einem von diesen ist, vgl. Sall. I. 93, 7: *Marius ex praesentibus misit;* Curt. 7, 1, 9: *itaque ex his, qui proximi astiterant obluctantem — confoderunt.*

3. *litteris,* welche Wissenschaften gemeint seien ist nicht zu bestimmen, obgleich Etrurien für gebildeter galt als Rom. — *linguam,* diese war den Römern ganz fremd und unverständlich, s. 1, 27, 9. —

habeo auctores vulgo tum Romanos pueros, sicut nu
4 cis, ita Etruscis litteris erudiri solitos: sed propius
praecipuum aliquid fuisse in eo, qui se tam audaci
tione hostibus inmiscuerit. servus ei dicitur con
fuisse, nutritus una eoque haud ignarus linguae
5 nec quicquam aliud proficiscentes quam summatim
quae intranda erat, naturam ac nomina principum
lis accepere, ne qua inter conloquia insigni nota ha
6 deprendi possent. iere pastorali habitu, agrestibus
cibus gaesisque binis armati. sed neque commerciu
nec vestis armorumve habitus sic eos texit, quam
horrebat ab fide quemquam externum Ciminios s
traturum. usque ad Camertes Umbros penetrasse
7 ibi qui essent fateri Romanum ausum, introductum
8 natum consulis verbis egisse de societate amicitiaq
inde comi hospitio acceptum nuntiare Romanis iuss
meatum exercitui dierum triginta praesto fore, s
intrasset, iuventutemque Camertium Umbrorum in
9 ratam imperio futuram. haec cum relata consuli e
pedimentis prima vigilia praemissis, legionibus po
10 menta ire iussis ipse substitit cum equitatu; et

vulgo tum etc. Nur L. berichtet dieses; bei Cic. Div. 1, 41 ist von einem öffentlichen Institute, hier von Privatverhältnissen der Erziehung, die Rede, Mommsen 1, 288.

4. *praecip. al.*, eine besondere Veranlassung, nicht jene allgemeine Sitte, habe bewirkt, dass Fabius zur Kenntniss der Etruskischen Sprache u. s. w. gekommen sei, vgl. Dionys. 5, 28.

5. *proficiscentes,* auf der Reise. — *accepere*, sie vernahmen nur, liessen sich nur sagen, um nicht, wenn sie auf Einzelnes eingiengen, durch etwas besonders Auffallendes, jedem Etrusker Bekanntes, sich zu verrathen, so dass sie wenigstens die Namen der Gegenden u. Städte u. s. w., so wie die angesehensten Männer wussten, wenn sie ein anderes Gebiet betraten.

6. *falcibus,* Erklärung der *tela;* über *gaesa*, 8, 8, 5. — *commercium l.,* die Bekanntschaft mit der Sprache. — *sic — qua*
tene Verbindung, und h
gewendet, weil *ut quo*
werden sollte, s. Flo
18), 1: *Numantia qu*
ferior, ita — par.; Luc
non ita difficile est q
Prop. 2, 5, 11: *non it*
— quam facile — muta

7. *Camertes,* hier (vg
die Bewohner von *Ca*
Umbrien an der Grenz
num, s. Plin. 3, 5, 11
19, welche nach 28,
aequum foedus mit Ro
Cic. Balb. 20, 46, (dah
tate amic. im Folg.) n
verpflichtet waren, R
schicken, Val. Max. 5
3, 440 f.; Pauly R. E.
ausum, als ob *dicunt* v

9—10. *inpedimentis*
durch das Gebirge gesc
konnte es nicht so un
wie es § 1 geschilder

postero die obequitavit stationibus hostium, quae extra saltum dispositae erant; et cum satis diu tenuisset hostem, in castra sese recepit, portaque altera egressus ante noctem agmen adsequitur. postero die luce prima iuga Ciminii montis tenebat. inde contemplatus opulenta Etruriae arva milites emittit. 11 ingenti iam abacta praeda tumultuariae agrestium Etruscorum cohortes, 12 repente a principibus regionis eius concitatae, Romanis occurrunt adeo inconpositae, ut vindices praedarum prope ipsi praedae fuerint. caesis fugatisque iis, 13 late depopulato agro victor Romanus opulentusque rerum omnium copia in castra rediit. eo forte quinque legati 14 cum duobus tribunis plebis venerant denuntiatum Fabio senatus verbis, ne saltum Ciminium transiret. laetati serius se quam ut inpedire bellum possent venisse, nuntii victoriae Romam revertuntur.

37 Hac expeditione consulis motum latius erat quam profligatum bellum: vastationem namque sub Ciminii montis radicibus iacens ora senserat, conciveratque indignatione non Etruriae modo populos sed Umbriae finitima. itaque quantus 2 non umquam antea exercitus ad Sutrium venit; neque e silvis tantummodo promota castra, sed etiam aviditate dimicandi quam primum in campos delata acies. deinde instructa 3

tionibus h. etc., woher das Heer nach der c. 35 geschilderten Niederlage gekommen sei, wird nicht angegeben. Wahrscheinlich ist dieselbe vergrössert, Diodor l. l. kennt sie gar nicht. — *altera,* vom Feinde abgewendet.

11—13. *iuga,* die Höhe von Viterbo, von welcher sich der Blick in die damals so reich bebaute Ebene nach Volsinii und anderen Seiten hin öffnete, s. Dennis a. a. O. — *tumult. coh.,* schnell aufgeraffte Mannschaften, wol von Clienten und Sclaven der Lucumonen. — *opulentusq.* etc., vergl. 22, 3, 3: *Etrusci campi — omnium copia rerum opulenti.* — *depop.,* Z. § 622.

14. *eo.* L. meint wol das Lager vor Sutrium, in dem nach c. 37 die Römer sich wieder befinden. Fabius scheint seinen Plan, den M. Ciminius zu übersteigen, dem Senate mitgetheilt, dieser ihn verworfen, Fabius aber auf demselben bestanden zu haben. Er hätte nach dieser Nachricht bloss einen Streifzug nach Etrurien unternommen, s. c. 37, 11. — *tribunis pl.,* diese dürfen sonst die Stadt nicht verlassen, und werden nur in ganz ausserordentlichen Fällen, s. c. 38, 10, abgeschickt, um vermöge ihrer sacrosancta potestas die Feldherrn, wenn sie sich dem Senate widersetzen, zum Gehorsam zu nöthigen, s. 29, 20; Becker 2, 2, 287.

37. 1—2. *profligatum,* c. 29, 1. — *sub — rad.,* unten am Fusse. — *ora,* Landstrich. — *indignatione,* 4, 6, 3. — *Umbr. finit.* Die Mehrzahl der umbrischen Staaten hat sich also an die Etrusker angeschlossen. — *e silv.,* es ist der M. Ciminius, der noch jetzt bewaldet ist, zu verstehen. Hier war nach c. 36, 10; 35, 8, das feindliche Lager gewesen. — *aviditate,* c. 35, 3.

primo suo stare loco relicto hostibus ad instruendum contra spatio; dein, postquam detractare hostem sensere pugnam, ad 4 vallum subeunt. ubi postquam stationes quoque receptas intra munimenta sensere, clamor repente circa duces ortus, ut eo sibi e castris cibaria eius die deferri iuberent: mansuros se sub armis, et aut nocte aut certe luce prima ca- 5 stra hostium invasuros. nihilo quietior Romanus exercitus imperio ducis continetur. decima erat fere diei hora, cum cibum capere consul milites iubet; praecipit ut in armis sint, 6 quacumque diei noctisve hora signum dederit. paucis milites adloquitur, Samnitium bella extollit, elevat Etruscos, nec hostem hosti nec multitudinem multitudini conparandam ait esse. praeterea telum aliud occultum scituros in tempore: 7 interea taceri opus esse. his ambagibus prodi simulabat hostes, quo animus militum multitudine territus restitueretur; et, quod sine munimento considerant, veri similius erat quod simulabatur. curati cibo corpora quieti dant, et quarta fere 8 vigilia sine tumultu excitati arma capiunt. dolabrae calonibus dividuntur ad vallum proruendum fossasque inplendas. intra munimenta instruitur acies, delectae cohortes ad por- 9 tarum exitus conlocantur. dato deinde signo paulo ante lucem, quod aestivis noctibus sopitae maxime quietis tempus est, proruto vallo erupit acies, stratos passim invadit hostes; alios inmobiles, alios semisomnos in cubilibus suis, maximam partem ad arma trepidantes caedes oppressit. paucis 10 armandi se datum spatium est. eos ipsos non signum certum, non ducem sequentes fundit Romanus, fugatosque persequitur. ad castra, ad silvas diversi tendebant. silvae tutius dedere refugium, nam castra in campis sita eodem die capiuntur. aurum argentumque iussum referri ad consulem;

4—6. *stationes* etc., die Vorposten zurückgezogen. — *die*=*diei*, vgl. 5, 13, 5. — *decima* — *hora*, um vier Uhr Nachmittags. — *in armis*, wenig verschieden von § 4: *sub armis*. — *conparand.*, 1, 55, 9; Z. § 650. — *ait*, s. c. 8, 14. — *telum*, vgl. 3, 55, 3. — *scituros*, 2, 11, 6.

7—8. *ambagibus*, 1, 56, 9. — *considerant* n. *hostes*. Die seltenere Form *considi* haben hier die besten Hdss., wie Tac. Ann. 1, 30; vgl. Reisig. Vorles. S. 258. — *quarta v.*, s. 7, 35, 11. — *cohortes*, Abtheilungen. Sie werden wol theils zum Schutze, wie gewöhnlich, aufgestellt, theils um gleichfalls auszufallen.

9—10. *sopitae*, von den Menschen auf den Zustand übergetragen. — *passim*, um auf verschiedenen Punkten die rings um das Lager (*passim* gehört zu *stratos*) liegenden Feinde anzugreifen wird der Wall geebnet und der Graben gefüllt. — *trepidantes*, 1, 7, 9. — *aurum arg.*, wahrscheinlich Gold- und Sil-

cetera praeda militis fuit. caesa aut capta eo die hostium 11 milia ad sexaginta. eam tam claram pugnam trans Ciminiam silvam ad Perusiam pugnatam quidam auctores sunt, metuque in magno civitatem fuisse, ne interclusus exercitus tam infesto saltu coortis undique Tuscis Umbrisque opprimeretur. sed ubicumque pugnatum est, res Romana superior fuit. 12 itaque a Perusia et Cortona et Arretio, quae ferme capita Etruriae populorum ea tempestate erant, legati pacem foedusque ab Romanis petentes indutias in triginta annos impetraverunt.

Dum haec in Etruria geruntur, consul alter C. Marcius **38** Rutilus Allifas de Samnitibus vi cepit. multa alia castella vicique aut deleta hostiliter aut integra in potestatem venere. per idem tempus et classis Romana a P. Cornelio, quem 2 senatus maritimae orae praefecerat, in Campaniam acta cum adpulsa Pompeios esset, socii inde navales ad depopulandum

berschmuck, wie er noch jetzt bei den Ausgrabungen in Etrurien gefunden wird; obgleich einzelne Staaten früh schon auch Silber- und, wiewol seltener, Goldmünzen prägten, s. Mommsen Münzrecht S. 265 ff.; vgl. 10, 16, 6; ib. 37, 5.

11. *sexaginta*, also dreimal so viel als 2 röm. Legionen mit den Bundesgenossen betragen würden. — *ad Perusiam*, so auch Diodor l. l., vgl. c. 40, 18. Bei L. erscheint die Schlacht nur als eine Wiederholung der c. 35 geschilderten, und Fabius hat sein Heer eines blossen Streifzuges wegen den c. 36 bezeichneten Gefahren ausgesetzt. Wahrscheinlich ist auf diese Schlacht, wenn sie anders historisch ist, Vieles übergetragen, was von der entscheidenden am Vadimonischen See c. 39 zu berichten war.

12. *ubicumque*, s. 1, 2, 3, ob bei Perusia oder Sutrium. — *Perusia*, zwischen dem Thrasimenus und der Tiber. — *Cortona*, nördlich von dem ersteren. — *Arretio*, vgl. c. 32, 1. — *capita*, sie gehörten zu den bedeutendsten Bundesstaaten, vgl. 10, 37, 4. — *indutiae*, s. 1, 15, 5.

38—42. Unternehmungen gegen die Samniten und ihre Bundesgenossen.

1. *Allifas*, die Wiedereroberung der Stadt durch die Samniten, s. 8, 25, 4, ist nicht berichtet. — *vici*, s. c. 13, 7. — *castella*, 10, 18, 8.

2. *classis*, die erste Expedition zur See, welche erwähnt wird, und wol mit der c. 30, 4 getroffenen Einrichtung in Verbindung steht. Doch ist es auffallend, dass Cornelius vom Senate den wahrscheinlich ausserordentlichen und über den der duumviri navales hinausgehenden, die ganze Seeküste von Ostia bis über Neapolis umfassenden Auftrag erhält, nicht vom Volke erwählt wird. — *Pompeios*, eine oskische Stadt am Sinus Cumanus, die mit Rom verbündet scheint. Nicht weit östlich davon liegt *Nuceria (Nova-ceria) Alfaterna*, s. c. 41, früher mit Rom verbunden, dann zu den Samniten abgefallen, Diod. 19, 65. Nach dem Falle Nolas, c. 28, wollen die Römer sich das noch übrige Land unterwerfen. — *socii nav.*, Matrosen und Ruderknechte, arme Bürger und Freigelassene, zum Theil Bundesgenossen, die oft auch als Soldaten agiren,

agrum Nucerinum profecti proximis raptim vastatis, unde reditus tutus ad naves esset, dulcedine, ut fit, praedae lon-
3 gius progressi excivere hostes. palatis per agros nemo obvius fuit, cum occidione occidi possent: redeuntes agmine incauto haud procul navibus adsecuti agrestes exuerunt praeda, partem etiam occiderunt: quae superfuit caedi, tre-
4 pida multitudo ad naves conpulsa est. — Profectio Q. Fabii trans Ciminiam silvam quantum Romae terrorem fecerat, tam laetam famam in Samnium ad hostes tulerat: interclusum Romanum exercitum obsideri, cladisque imaginem Furculas
5 Caudinas memorabant; eadem temeritate avidam ulteriorum semper gentem in saltus invios deductam, saeptam non ho-
6 stium magis armis quam locorum iniquitatibus esse. iam gaudium invidia quadam miscebatur, quod belli Romani de-
7 cus ab Samnitibus fortuna ad Etruscos avertisset. itaque armis virisque ad obterendum C. Marcium consulem concurrunt, protinus inde Etruriam per Marsos ac Sabinos petituri,
8 si Marcius dimicandi potestatem non faciat. obvius his consul fuit. dimicatum proelio utrimque atroci atque incerto eventu est, et cum anceps caedes fuisset, adversae tamen rei fama in Romanos vertit ob amissos quosdam equestris

obgleich sonst die Seesoldaten von denselben verschieden sind. — *inde* = *ab ea urbe*, dagegen geht *unde* auf *proximis*, die nächste Gegend um Nuceria.

3—4. *redeuntes*, Anapher und Asyndeton vertreten die Bezeichnung des Gegensatzes; *agmine inc.* gehört zu dem von *exuerunt* abhängigen *redeuntes*. — *superfuit c.*, wie 8, 11, 5: *qui pugnae superfuerant* u. a. — *tam laetam — tulerat* st.: tanta laetitia fama profectionis, in Samnium allata, erat accepta.

5—7. *eadem* etc., Erklärung von *cladis imaginem*. — *ulteriorum*, 1, 53, 1; wie § 2 *proximis*, räumlich zu fassen. *semper* gehört zu *ulterior*. Zum Gedanken vgl. 21, 44, 5 ff. — *virisque*, 5, 37, 4. — *obterendum*, niedertreten, vernichten; die meisten Hdss. haben *obtinendum*, was weder dem Zusammenhange noch dem Sprachgebrauche angemessn wäre. — *per Marsos* etc., so immer bei L., wenn der Name des Volkes für das Land steht, durch welches eine Bewegung geht. Die Samniten müssten sich jetzt mit den ihnen verwandten Völkern, deren Land zwischen ihnen und Etrurien lag, verbunden haben und mit ihnen, wenigstens den Marsern, gemeinschaftlich handeln, s. c. 41; 8, 6.

8. *anceps*, beiderseitig, unbestimmt, wo der Verlust grösser gewesen war. Doch lässt das Folg. eine Niederlage der Römer vermuthen; die nicht in der Nähe von Allifae, sondern weit in Samnium (nach Diod. sind die Samniten in Apulien beschäftigt) erlitten sein könnte. — *adversae* etc., vgl. 21, 52, 11. — *equestris ord.*, wie oft anticipirt, vgl. 5, 7, 7; 7, 8, 1; es sind wol equites, die equo publico dienen, gemeint, s. Marquardt 3, 2, 290 f.; Becker 2, 1, 269.

ordinis tribunosque militum atque unum legatum, et, quod insigne maxime fuit, consulis ipsius vulnus. ob haec etiam 9 aucta fama, ut solet, ingens terror patres invasit, dictatoremque dici placebat: nec quin Cursor Papirius diceretur, in quo tum summa rei bellicae ponebatur, dubium cuiquam erat. sed nec in Samnium nuntium perferri omnibus infe- 10 stis tuto posse, nec vivere Marcium consulem satis fidebant. alter consul Fabius infestus privatim Papirio erat; quae ne 11 ira obstaret bono publico, legatos ex consularium numero mittendos ad eum senatus censuit, qui sua quoque eum non 12 publica solum auctoritate moverent, ut memoriam simultatium patriae remitteret. profecti legati ad Fabium cum se- 13 natus consultum tradidissent, adiecissentque orationem convenientem mandatis, consul demissis in terram oculis tacitus ab incertis, quidnam acturus esset, legatis recessit; nocte 14 deinde silentio, ut mos est, L. Papirium dictatorem dixit. cui cum ob animum egregie victum legati gratias agerent, 15 obstinatum silentium obtinuit, ac sine responso ac mentione facti sui legatos dimisit, ut appareret insignem dolorem ingenti conprimi animo. Papirius C. Iunium Bubulcum ma- 16 gistrum equitum dixit; atque ei legem curiatam de imperio

9—10. *aucta fama — placebat,* das Imperf. um die Folge des in *invasit* ausgesprochenen Factum zu bezeichnen. — *diceretur,* c. 2, 5. — *Cursor Pap.* Der Zuname wird, gewöhnlich wenn der Vorname weggelassen ist, jedoch mehr von Späteren, bisweilen dem nomen gentile vorangestellt, vgl. 1, 56, 11. — *summa* etc., vergl. c. 16, 19. — *omnib. inf.,* das Heer ist also von Rom abgeschnitten, wie man es von dem des Fabius fürchtete, c. 37, 11; daher auch die Besorgniss in Rom und die Massregel des Senates c. 36, 14, weil die Stadt von beiden Seiten her hätte überfallen werden können. — *vivere,* am Leben sei.

11. *infestus,* 8, 35, 7. — *quae* nachdrücklich vorangestellt: diese so grosse, bekannte Feindschaft, vgl. Nieb. R. G. 3, 288. Eben so ist durch die Voranstellung von *quoque* das erste Glied gehoben, s. 7, 40, 8; 3, 7, 4 u. a.

12. *remitteret,* 8, 35, 1; Tac. Ann. 1, 10: *quamquam fas sit privata odia publicis utilitatibus remittere*: zum Opfer bringen. Die Stelle zeigt, dass der Senat nicht mit Sicherheit darauf rechnen kann, dass der Consul seinem Beschlusse Folge leisten werde, s. 8, 12, 13; Becker 2, 2, 159.

14—15. *silentio,* 8, 23, 15: nachdem er Auspicien gehalten hat. — *ac — ac,* 5, 2, 4.

16. *ei,* n. dem Dictator, s. c. 29, 3. — *ferenti,* der gewählte oder ernannte Magistrat brachte die *lex curiata de imperio,* durch welche ihm die höchste Gewalt im Kriege und die oberste Gerichtsbarkeit (imperium militare und civile) ertheilt wurde, selbst in Vorschlag, vgl. 5, 52, 16, obgleich sie ausser von den Königen, s. 1, 19, 1, selten erwähnt wird. Wahrscheinlich war es jetzt schon

ferenti triste omen diem diffidit, quod Faucia curia fuit principium, duabus insignis cladibus, captae urbis et Caudinae pacis, quod utroque anno eiusdem curiae fuerat prin-
17 cipium. Macer Licinius tertia etiam clade, quae ad Creme-
39 ram accepta est, abominandam eam curiam facit. Dictator postero die auspiciis repetitis pertulit legem; et profectus cum legionibus ad terrorem traducti silvam Ciminiam exer-
2 citus nuper scriptis ad Longulam pervenit, acceptisque a Marcio consule veteribus militibus in aciem copias eduxit. nec hostes detractare visi pugnam. instructos deinde armatosque, cum ab neutris proelium inciperet, nox oppressit.
3 quieti aliquamdiu, nec suis diffidentes viribus nec hostem
4 spernentes, stativa in propinquo habuere. — Interea [res in Etruria gestae] iam et cum Umbrorum exercitu acie depugnatum est; fusi tamen magis quam caesi hostes, quia coe-
5 ptam acriter non tolerarunt pugnam; et ad Vadimonis lacum

eine blosse Formalität, die aber, wie u. St. zeigt, nicht verabsäumt werden durfte, s. Becker 2,1,329ff.; 2, 2, 57 f.; 2, 3, 185 f. — *omen*, dieses war also wichtiger als die vor der Abhaltung der Comitien angestellten Auspicien. — *diffidit*, ein auch in rechtlichen Verhältnissen gebrauchter Ausdruck: hinausschieben, den Aufschub bewirken, ähnlich *dirimere, proferre*, s. Gell. 14, 2, 11: *iussi diem diffindi atque inde a subselliis pergo ire* etc. — *curia*, das imperium wurde also noch in förmlichen Curiatcomitien ertheilt, vgl. Cic. Leg. agr. 2, 11, 27. — *principium*, so hiess die durch das Loos erwählte vorstimmende Curia, vgl. 5, 18, 2; Becker 2, 1, 374; vgl. 2, 3, 189. — *insignis*, 6, 1, 11. — *utroque an.* ist so zu verstehen, dass in den Comitien, in welchen den Magistraten jener Jahre das imperium ertheilt wurde, die Faucia zuerst gestimmt hatte, nicht dass sie für das ganze Jahr das *principium* gewesen sei. — *eiusdem c.*, sonst heisst es immer *curia* oder *tribus est principium*, doch konnte L. wol von diesem Sprachgebrauche abweichen, da sich mit *principium* der Begriff: die Befugniss zuerst zu stimmen, verband; vgl. 3, 51, 8: *comitiorum militarium praerogativam.*

17. *Macer*, 4, 7, 12. — *Cremeram*, 2, 50.

39. 1—3. *auspic. rep.* n. um die Comitien wieder zu halten, für welche dann eine andere Curie das principium gewesen zu sein scheint. — *legionibus*, ein Reserveheer, welches auf die c. 38, 8 und 37, 11 erwähnte Nachricht hin ausgehoben worden war. — *traducti s.*, s. 21, 23, 1: *Hiberum copias traduxit;* Z. § 392. — *Longulam* kann nicht die 2, 39 erwähnte volskische Stadt gewesen sein, sondern scheint in Samnium gelegen zu haben. — *armatosque* wird bisweilen mit *instructus* verbunden: geordnet und zum Kampfe gerüstet, s. 6, 24, 2; 24, 7, 4; Curt. 3, 21, 22. — *in propinquo,* (einander) nahe.

4—6. *res in Etr. g.* ist wahrscheinlich eine Inhaltsangabe, wie sie sich oft in den Hdss. finden, die in den meisten Hdss. vor *et ad Vadim.* steht, in anderen fehlt. — *Umbrorum*, s. c. 37, 1; 12. — *ad Vadim. l.*, zwischen dem nordöstlichen Arm des M. Ciminius und

Etrusci lege sacrata coacto exercitu, cum vir virum legisset, quantis numquam alias ante simul copiis simul animis dimicarunt. tantoque irarum certamine gesta res est, ut ab 6 neutra parte emissa sint tela. gladiis pugna coepit, et acerrime commissa ipso certamine, quod aliquamdiu anceps fuit, accensa est, ut non cum Etruscis totiens victis, sed cum aliqua nova gente videretur dimicatio esse. nihil ab ulla 7 parte movetur fugae, cadunt antesignani, et ne nudentur propugnatoribus signa, fit ex secunda prima acies. ab ultimis 8 deinde subsidiis cietur miles; adeoque ad ultimum laboris ac periculi ventum est, ut equites Romani omissis equis ad primos ordines peditum per arma, per corpora evaserint, ea velut nova inter fessos exorta acies turbavit signa Etruscorum. secuta deinde impetum eorum, utcumque adfecta erat, 9 cetera multitudo tandem perrumpit ordines hostium. tunc 10 vinci pertinacia coepta, et averti manipuli quidam, et ut semel dedere terga, etiam certiorem capessere fugam. ille 11 primum dies fortuna vetere abundantes Etruscorum fregit opes. caesum in acie quod roboris fuit; castra eo impetu capta direptaque.

Pari subinde periculo gloriaeque eventu bellum in Sa- **40** mnitibus erat, qui praeter ceteros belli apparatus ut acies

der Tiber. Dort ist ein Engpass, geeignet einem Feinde den Zugang zu dem nördlichen Etrurien streitig zu machen, s. Dennis a. a. O. 115. — *lege s.* etc., 10, 37; nachdem der Feldherr die besten gewählt hatte, wählten diese wieder die tapfersten und so fort, eine Art Cooptation, s. Tac. H. 1, 18; wer dem Ruf nicht folgte oder floh war sacer. — *quantis n.*, s. c. 37, 2. — *emissa* etc., c. 35, 3. — *irar. certamine*, Heftigkeit; *ipso certam.*, die Hitze des Kampfes selbst. — *totiens v.*, s. c. 32, 9.

7. *movetur*, wird angeregt, bewirkt, s. 4, 21, 3. — *antesignani*, die hastati der Römer, hinter denen ihre Fahnen stehen, vgl. c. 32, 9. — *secunda*, die principes.

8. *ab ultim.* etc., die Triarier. — *ad ultim.* etc., vgl. 8, 8, 11, jetzt erscheint, wie 8, 10, eine vierte acies, die erst die Entscheidung giebt. Ueber den Ausdruck vgl. 1, 57, 9; 8, 38, 11. — *omissis eq.*, 7, 7, 8. — *primos ord.*, die jetzt dort kämpfenden Triarier. — *per*, 1, 48, 7; 30, 34, 10.

10. *manipuli*, von den Römern übergetragen. — *certiorem*, schon entschiedener, nicht mehr zu bezweifeln. Zu *capessere* ist *coepere* aus *coepta* zu entnehmen, 2, 1, 5. Die Bedeutung und der Erfolg dieser Schlacht ist von L. wahrscheinlich auf die c. 37 geschilderte übergetragen; da ein Kampf, wie er hier dargestellt wird, nachdem kurz vorher 60000 Mann gefallen sind, und die drei mächtigsten Staaten, c. 37, 11, Waffenstillstand geschlossen haben, für ein Land wie Etrurien war, kaum denkbar ist, s. Nieb. 3, 332.

40. 1. *subinde*, bald darauf. —

2 sua fulgeret novis armorum insignibus fecerunt. duo exercitus erant, scuta alterius auro, alterius argento caelaverunt. forma erat scuti, summum latius, qua pectus atque humeri teguntur, fastigio aequali; ad imum cuneatior mobilitatis
3 causa. spongia pectori tegumentum, et sinistrum crus ocrea tectum. galeae cristatae, quae speciem magnitudini corporum adderent. tunicae auratis militibus versicolores, argentatis linteae candidae. his dextrum cornu datum, illi in si-
4 nistro consistunt. notus iam Romanis apparatus insignium armorum fuerat, doctique a ducibus erant horridum militem esse debere, non caelatum auro et argento, sed ferro et ani-
5 mis fretum: quippe illa praedam verius quam arma esse, ni-
6 tentia ante rem, deformia inter sanguinem et vulnera; virtutem esse militis decus, et omnia illa victoriam sequi, et ditem
7 hostem quamvis pauperis victoris praemium esse. his Cursor vocibus instinctos milites in proelium ducit. dextro ipse cornu consistit, sinistro praefecit magistrum equitum.
8 simul est concursum, ingens fuit cum hoste certamen, non

praeter, 3, 70, 15. — *arm. insignibus,* glänzende, geschmückte Waffen.

2. *auro — arg. caelav.,* mit Gold und Silber, die wie in Etrurien, c. 37, 10, so in Grossgriechendland vielfach zum Schmuck gebraucht wurden, auslegen, verzieren; die Schilde selbst waren aus anderen Stoffen. Die Perfecte *fecerunt — caelaverunt* aoristisch, s. 2, 1, 2. Dass die Samniten nur jetzt diesen Schmuck gehabt haben, ist nicht wahrscheinlich, es sind wol nur ihre besten Truppen, die jetzt in den Kampf gehen, vgl. § 4 u. 9. — *forma* etc., die Verbindung der Begriffe ist sehr locker; zu *forma* ist *haec,* zu *imum* dagegen *scutum,* zu *cuneatior* wieder *forma* zu denken. — *fastigio aeq.,* ohne Einschnitt oder Vorsprung. — *cuneatior,* etwas spitz zugehend, während der römische unten und oben gleich breit war.

3. *spongia p. t.,* Bezeichnung des Panzers, der nicht wie sonst aus Linnen, Leder oder Schwämmen bestand, sondern aus Metall, und nur ein schwammähnliches Ansehen hatte, wie Isid. 18, 13: *squama* für *lorica squamata* braucht; s. Plin. 34, 7, 43: *fecit Carvilius Iovem e — pectoralibus* (Samnitium). *pectori,* nicht statt des Genitiv, sondern: für, zum Schutze, 1, 20, 4: *aeneum pectori tegumen;* 9, 20, 5: *remedio;* 7, 1, 6: *consulibus* u. a. — *ocreae,* 1, 43, 2. — *speciem,* Tac. Germ. 38: *in altitudinem quandam et terrorem — compti.* — *versicolores,* von der schillernden, gewöhnlich violetten, Purpurfarbe, Nieb. 3, 290.

4. *notus — fuerat,* sie waren schon früher damit bekannt geworden, ob in früheren Kämpfen oder vor dem Beginne der Schlacht ist nicht deutlich, doch das letztere wahrscheinlicher, da sich daran *doctique* etc.: und so waren sie denn, anschliesst. — *horridum,* 2, 32, 8.

7—10. *mag. equit.,* der diesesmal nicht die Reiterei befehligt, 8, 38, 16; 4, 27, 1. — *certamen* bei *cum hoste:* Kampf; bei *inter dict.* etc.: Wettkampf. — *sacratos,* c.

segnius inter dictatorem et magistrum equitum, ab utra parte victoria inciperet. prior forte Iunius commovit hostem, laevo 9 dextrum cornu, sacratos more Samnitium milites, eoque candida veste et paribus candore armis insignes. eos se Orco mactare Iunius dictitans, cum intulisset signa, turbavit ordines et haud dubie inpulit aciem. quod ubi sensit dictator, 10 „ab laevone cornu victoria incipiet," inquit „et dextrum cornu dictatoris acies alienam pugnam sequetur, non partem maximam victoriae trahet?" concitat milites, nec peditum vir- 11 tuti equites aut legatorum studia ducibus cedunt. M. Valerius 12 a dextro P. Decius ab laevo cornu, ambo consulares, ad equites in cornibus positos evehuntur, adhortatique eos, ut partem secum capesserent decoris, in transversa latera hostium incurrunt. is novus additus terror cum ex parte utra- 13 que circumvasisset aciem, et ad terrorem hostium legiones Romanae redintegrato clamore intulissent gradum, tum fuga ab Samnitibus coepta. iam strage hominum armorumque 14 insignium campi repleri. ac primo pavidos Samnites castra sua accepere, deinde ne ea quidem retenta: captis direptisque ante noctem iniectus ignis. dictator ex senatus con- 15 sulto triumphavit. cuius triumpho longe maximam speciem captiva arma praebuere. tantum magnificentiae visum in his, 16 ut aurata scuta dominis argentariarum ad forum ornandam dividerentur. inde natum initium dicitur fori ornandi ab

39, 5. — *Orco,* wie 8, 9, 8: *Telluri.* — *inpulit* wiederholt *commovit,* c. 27, 10. — *trahet,* c. 28, 5; 6, 40, 8: *nisi partem petendo totum traxeris.*

11—13. *legatorum,* die sogleich genannten, s. § 21, welche sich nach L. ohne besonderen Auftrag, aber wol von dem Dictator dazu bestimmt, an die Spitze der Reiterei stellen. Die der Samniten ist wie 7, 37, 7 nicht erwähnt. — *ducibus,* 8, 18, 11. — *in transv. lat.,* ein Flankenangriff. — *novus,* in Bezug auf § 9: *inpulit,* und § 11: *concitat* etc. — *ex parte utr.*, wie § 12: *a dextro* etc. — *ad terror.*, c. 22, 7: bei dem Schrecken, sobald er eintrat.

14—15. *accepere,* s. 4, 31, 3: *castra — turbatos accepere.* — *ex sen. cs.* wird gewöhnlich nicht erwähnt. — *triumph., ann. CDXLIV Idib. Oct.* Die Capitolin. Fasten lassen die Dictatur des Papirius auch das ganze Jahr nach dem Consulate des Fabius u. Marcius dauern. — *captiva a.,* 1, 53, 3.

16. *argentariar.* n. *tabernarum,* 1, 35, 9, auf der Südseite des Forum, Becker 1, 295 ff. Obgleich die Römer damals noch keine Silbermünzen prägten, s. 4, 60, 6, so konnte der Name doch schon gebräuchlich sein, da aus Unteritalien und Etrurien gewiss viel Silbergeld nach Rom kam. — *ornandum,* bei feierlichen Gelegenheiten. — *nat. init.*, praef. 12. — *fori orn. ab aed.* gehört zusammen, das gerund. ist passiv, und mit *a* verbunden, s. Cic. Fam. 3, 11, 3: *de mercenaris testibus a suis civitatibus notandis;* Milon. 38, 104: *fortem a*

17 aedilibus, cum tensae ducerentur. et Romani quidem ad honorem deum insignibus armis hostium usi sunt; Campani ab superbia et odio Samnitium gladiatores, quod spectaculum inter epulas erat, eo ornatu armarunt Samnitiumque no-
18 mine conpellarunt. — Eodem anno cum reliquis Etruscorum ad Perusiam, quae et ipsa indutiarum fidem ruperat, Fabius
19 consul nec dubia nec difficili victoria dimicat. ipsum oppidum — nam ad moenia victor accessit — cepisset, ni legati
20 dedentes urbem exissent. praesidio Perusiae inposito legationibus Etruriae amicitiam petentibus prae se Romam ad senatum missis consul praestantiore etiam quam dictator vi-
21 ctoria triumphans urbem est invectus. quin etiam devictorum Samnitium decus magna ex parte ad legatos P. Decium et M. Valerium est versum; quos populus proximis comitiis ingenti consensu consulem alterum alterum praetorem declaravit.

41 Fabio ob egregie perdomitam Etruriam continuatur consulatus, Decio collega datur. Valerius praetor quartum cre-

vobis conservandum civem; Attic. 6, 6, 4: *rem a nobis — non negligendam* u. a. Die Aedilen als curatores ludorum sollemnium besorgten die Ausschmückung des Forum, Becker 2, 2, 324 f. — *tensae*, 5, 41, 2; Fest. p. 364: *tensa — vehiculum, quo exuviae deorum ludicris Circensibus in circum ad pulvinar vehuntur.*

17. *ad hon.*, 2, 27, 6; 32, 38, 3: *ad pignus* u. a. — *Campani*, die Erwähnung der Campaner deutet darauf hin, dass sie an der Schlacht und der Beute Theil genommen haben, obgleich man nach der Darstellung L's glauben sollte, dass die Römer bisher die Kriege allein geführt haben, ohne die Bundesgenossen, die im 10. Buche erst bisweilen erwähnt werden. Mit den ihnen zugefallenen Rüstungen waffneten die Campaner Sclaven und nannten sie u. s. w. Den Namen und die Rüstung behielt diese Classe der Glad. auch in Rom. — *ab superbia*, s. c. 6, 5. — *odio*, vgl. 7, 29; 30. — *quod sp.*, Z. § 372. — *inter ep.*, also in dem üppigen Capua, das auch später „ein Hauptort für Gladiatorschulen" war, s. Cic. Sest. 4, 9, schon lange vorher, ehe dieses in Rom Sitte wurde. — *conpell.*, Duker: conpellare non raro contemptus, convicii et reprehensionis significationem habet.

18—21. *ad Perus.*, wahrscheinlich ist die Schlacht nicht verschieden von der c. 37, 11 in manchen Annalen erwähnten. — *reliquis* = *reliquiis*. — *et ipsa*, von der Stadt statt von den Bewohnern gesagt, s. c. 13, 8, und kurz st.: welches ebenso, wie die übrigen Etrusker, am Kampfe Theil nahm, nachdem es den Waffenstillstand gebrochen hatte. — *fidem*, wie 8, 37, 2. — *triumph., pro Cos. ann. CDXLIV Idib. Novembr.* — *quin et.* etc., der Triumph war nicht allein noch (*etiam*) glänzender — sondern man schrieb sogar. — *alterum — alter*, Epexegese zu *quos*.

41. 1. *continuatur c.*, er wurde also von dem Gesetze 7, 42, 2, vgl. 10, 13, 8, entbunden. *Decio*,

atus. consules partiti provincias: Etruria Decio, Samnium 2
Fabio evenit. profectus ad Nuceriam Alfaternam, tum pa- 3
cem petentes, quod uti ea, cum daretur, noluissent, asper-
natus est: oppugnando ad deditionem subegit. cum Samni- 4
tibus acie dimicatum; haud magno certamine hostes victi,
neque eius pugnae memoria tradita foret, ni Marsi eo primum
proelio cum Romanis bellassent. secuti Marsorum defectio-
nem Paeligni eandem fortunam habuerunt. Decio quoque 5
alteri consuli secunda belli fortuna erat. Tarquiniensem metu
subegerat frumentum exercitui praebere atque indutias in
quadraginta annos petere. Vulsiniensium castella aliquot vi 6
cepit; quaedam ex his diruit, ne receptaculo hostibus essent;
circumferendoque passim bello tantum terrorem sui fecit, ut
nomen omne Etruscum foedus ab consule peteret. ac de eo 7
quidem nihil impetratum, indutiae annuae datae. stipendium
exercitu Romano ab hoste in eum annum pensum et binae
tunicae in militem exactae. ea merces indutiarum fuit.

Tranquillas res iam Etruscis turbavit repentina defectio 8
Umbrorum, gentis integrae a cladibus belli, nisi quod trans-
itum exercitus ager senserat. ii concitata omni iuventute 9

c. 28. — *datur*, weil des Decius Wahl, c. 40, 21, schon angedeutet ist. — *prof.* n. Fabius, 10, 1, 9.

2—3. *Nuceriam*, nachdem der Versuch zur See c. 38 misslungen ist. *Alfat.* von *Alb* und dem Suffix *terna*, wie in *Ami-ternum* u. a., Mommsen Dial. 247. — *daretur*, als angeboten wurde, sie erhalten sollten. — *ad dedit.*, nach derselben haben sie wahrscheinlich eben so günstige Bedingungen erhalten, wie die übrigen Campaner.

4—5. *Marsi*, diese und die Paeligner, bis jetzt Rom befreundet, daher *primum* und *defectionem*, haben sich an ihre Stammgenossen, s. 8, 6, 8; ib. 29, 4, angeschlossen, s. c. 38, 7; 45, 18, mit ihnen die Herniker und Aequer, ihnen benachbarte Völker. Nach Diod. 20, 44 dagegen hätten die Samniten sie bekriegt, die Römer ihnen Hülfe geleistet. — *eandem fort.*, in Bezug auf *victi*, anders im Folg. *fortuna*. — *Tarquiniensem*, s. c. 29, 1. Sie scheinen, da sie abgesondert von den übrigen Etruskern, s. c. 37, 12, einen Waffenstillstand schliessen, den Krieg wie die Vulsinier erst später begonnen zu haben. — *quadraginta*, wie 7, 22, 5.

6—7. *Vulsiniensium*, 5, 32. — *castella*, in der Nähe der Stadt, s. Abecken S. 35. — *nomen — peteret*, wie schon im vorherg. Jahre, c. 40, 20. — *stipend.*, s. 8, 2, 4. — *exercitu*, c. 5, 6. — *binae*, 7, 37, 2.

8—9. *tranq.* etc., den bereits eingegangenen Waffenstillstand. — *Etruscis* = cum Et. iam essent. *Etr.* gehört wol auch zu *turbavit*. — *defectio*, bis jetzt sind nur die Camertes mit Rom verbunden gewesen, s. c. 36, 7; 37, 1. — *Umbrorum*, den sabellinischen Völkern stammverwandt, s. Mommsen 1, 8 ff., östlich von Etrurien bis an das Meer wohnend. — *integrae a*, wie *liber* construirt. — *transitum*, davon ist vorher nichts erwähnt, Nieb. 1, 511. — *post se*,

sua et magna parte Etruscorum ad rebellionem conpulsa tantum exercitum fecerant, ut relicto post se in Etruria Decio ad oppugnandam inde Romam ituros magnifice de se ac
10 contemptim de Romanis loquentes iactarent. quod inceptum eorum ubi ad Decium consulem perlatum est, ad urbem ex Etruria magnis itineribus pergit, et in agro Pupiniensi ad fa-
11 mam intentus hostium consedit. nec Romae spernebatur Umbrorum bellum; et ipsae minae metum fecerant expertis
12 Gallica clade, quam intutam urbem incolerent. itaque legati ad Fabium consulem missi sunt, ut si quid laxamenti a bello Samnitium esset, in Umbriam propere exercitum duceret.
13 dicto paruit consul, magnisque itineribus ad Mevaniam, ubi
14 tum copiae Umbrorum erant, perrexit. repens adventus consulis, quem procul Umbria in Samnio bello alio occupatum crediderant, ita exterruit Umbros, ut alii recedendum ad ur-
15 bes munitas, quidam omittendum bellum censerent. plaga una — Materinam ipsi appellant — non continuit modo ceteros in armis, sed confestim ad certamen egit. castra vallantem
16 Fabium adorti sunt. quos ubi effusos ruere in munimenta consul vidit, revocatos milites ab opere, prout loci natura tempusque patiebatur, ita instruxit; cohortatusque praedicatione vera qua in Tuscis qua in Samnio partorum decorum exiguam appendicem Etrusci belli conficere iubet, et vocis inpiae poenas expetere, qua se urbem Romanam oppugnatu-
17 ros minati sunt. haec tanta sunt alacritate militum audita, ut clamor sua sponte ortus loquentem interpellaverit ducem.

sie umgehen Decius, wol durch Umbrien, während er in Etrurien steht. — *magnifice,* wie 7, 30, 6; 21, 41, 1 u. a.

10—13. *Pupiniensi*, 26, 9, 12: *dextrorsum Gabios descendit: inde in Pupiniam exercitu demisso octo milia passuum ab Roma posuit castra.* — *ad fam. i. h.* statt *intentus ad fam. host.*, praef. 5. — *quam int.* etc. ist wol nicht der wahre Grund, da damals die Stadt nicht vertheidigt, die Thore sogar nach L. offen waren, 5, 38, 10. — *Fabium*, warum nicht Decius, ist nicht angegeben. — *laxamenti* etc., wenn er einige Erleichterung habe, abkommen könne, s. 6, 31, 4; 2, 24, 5. — *Mevaniam,* am Fl. Pinia, noch weit von der römischen Grenze.

14—16. *crediderant*, 2, 18, 9. *plaga u.*, ein Canton, müsste wie Caes B. G. 1, 12: *pagus* mit Rücksicht auf die Bewohner gesagt sein, s. c. 40, 18: *Perusia, quae,* doch ist das Wort in seiner localen Bedeutung mehr dichterisch und sonst von den Bewohnern eben so wenig gebräuchlich, als die Lage der Gegend unbekannt und das ganze Verhältniss dunkel ist. — *prout — ita*, sonst mehr bei Spätern gebraucht, auch bei L. fehlt gewöhnlich *ita.* — *minati sunt* geht wieder in die Erzählung über, s. 2, 15, 3.

ante imperium, ante concentum tubarum ac cornuum cursu effuso in hostem feruntur. non tamquam in viros aut ar- 18 matos incurrunt: mirabilia dictu, signa primo eripi coepta signiferis, deinde ipsi signiferi trahi ad consulem, armatique milites ex acie in aciem transferri, et sicubi est certamen, scutis magis quam gladiis geritur res: umbonibus incussaque ala sternuntur hostes. plus capitur hominum quam caedi- 19 tur; atque una vox ponere arma iubentium per totam fertur aciem. itaque inter ipsum certamen facta deditio est a pri- 20 mis auctoribus belli. postero insequentibusque diebus et ceteri Umbrorum populi deduntur. Ocriculani sponsione in amicitiam accepti.

Fabius alienae sortis victor belli in suam provinciam **42** exercitum reduxit. itaque ei ob res tam feliciter gestas, sicut 2 priore anno populus continuaverat consulatum, ita senatus in insequentem annum, quo Ap. Claudius L. Volumnius consules fuerunt, prorogavit maxime Appio adversante imperium. Appium censorem petisse consulatum, comitiaque eius ab L. 3

17. *imperium* (zum Angriff), nachdem sonst erst das Zeichen mit den Blasinstrumenten gegeben wird. — *concentum*, Veget. 3, 22: *quotiens pugnaturi* (sunt milites) *et tubicines et cornicines p a r i t e r canunt.*

18. *mirabilia d.*, s. c. 29, 10, hier im Plural in Beziehung auf die folgenden fabelhaften wol einem späteren Annalisten entlehnten Erscheinungen, ist vorangestellte Apposition, 6, 6, 13; ähnlich *rem incredibilem*, 4, 17, 4. Das Asyndeton vertritt die Bezeichnung des Gegensatzes. — *signa* etc., die hier vor der Front gedacht sind. — *ex acie*, aus der der Umbrer in die römische. — *ala* = *ax-illa*, Achs-el.

19. *iubentium* n. der Umbrer.

20. *deditio*, da eine sponsio gegenübergestellt wird, so müssten sie sich ohne Bedingung ergeben haben, obgleich sie später sich wieder erheben, s. 10, 1. — *ceteri*, im Gegensatz zu den Ocriculanern die keine deditio eingehen, s. 1, 1, 1. — *Ocriculani*, nahe der Grenze von Etrurien an der Tiber. — *sponsione*, s. c. 5, 2. Die sponsio erscheint hier als an sich schon verpflichtender, nicht erst ein foedus vorbereitender Vertrag, den wahrscheinlich der Consul im Auftrage des Senates schloss, s. c. 9, 4. — Die Etrusker § 9 werden nicht wieder erwähnt.

42. Der Krieg wird den Sallentinern angesagt, in Samnium fortgeführt, Diod. 20, 80.

2. *senatus*, wie oft, scheint der Senat allein das imperium verlängert zu haben, s. 8, 23, 12; Bekker 2, 2, 449. — *App. adv.:* der Senat scheint in Folge des c. 29; 33 und 46 Erwähnten auf Appius erzürnt gewesen zu sein und ihm den Kriegsruhm missgönnt zu haben, § 4.

3. *censorem*, noch als Censor. Wenn erst 444 a. u. die gesetzmässige Zeit seiner Censur zu Ende gieng, s. c. 33, 1, so wäre es das 5. Jahr derselben gewesen; nach den Capitol. Fasten, die ein Jahr einschieben, hätte er bereits abge-

Furio tribuno plebis interpellata, donec se censura abdicavit,
4 in quibusdam annalibus invenio. creatus consul, cum collegae novum bellum Sallentini hostes decernerentur, Romae mansit, ut urbanis artibus opes augeret, quando belli decus
5 penes alios esset. Volumnium provinciae haud paenituit: multa secunda proelia fecit; aliquot urbes hostium vi cepit. praedae erat largitor, et benignitatem per se gratam comitate adiuvabat; militemque his artibus fecerat et periculi et
6 laboris avidum. Q. Fabius pro consule ad urbem Allifas cum Samnitium exercitu signis conlatis confligit. minime ambigua res fuit: fusi hostes atque in castra conpulsi. nec castra forent retenta, ni exiguum superfuisset diei; ante noctem tamen sunt circumsessa et nocte custodita, ne quis
7 elabi posset. postero die vixdum luce certa deditio fieri coepta; et pacti, qui Samnitium forent ut cum singulis vesti-
8 mentis emitterentur. ii omnes sub iugum missi. sociis Samnitium nihil cautum, ad septem milia sub corona veniere. qui se civem Hernicum dixerat, seorsus in custodia habitus.
9 eos omnes Fabius Romam ad senatum misit, et cum quaesitum esset, dilectu an voluntarii pro Samnitibus adversus Romanos bellassent, per Latinos populos custodiendi dantur;
10 iussique eam integram rem novi consules P. Cornelius Ar-

gangen sein müssen. — *interpellata,* durch Intercession, 7, 21, 1. *annalibus,* 4, 7, 10.

4. *creatus,* wol durch seine Partei im Volke, s. c. 46, 11. — *novum b.,* c. 31, 1. — *Sallentini,* an der Ostseite des Tarentinischen Meerbusens, Feinde der Bundesgenossen der Römer, der Lucaner, für die nach Beendigung des etruskischen Krieges der Kampf fortgesetzt wird, s. 10, 2, 1; Diod. 20, 104. — *urbanis op.,* Einfluss in der Stadt, vgl. 10, 15, 12; ib. 22, 7; 2, 41, 2.

6. *Allifas,* s. c. 38. Was er gegen die Sallentiner gethan habe ist übergangen, vgl. Diod. 20, 80. — *exiguum,* n u r noch ein kleiner Theil, 25, 40, 3: *quorum perexigua pars comparet*, vgl. 3, 56, 4; 25, 15, 12: *paucis — pugnantibus*, n u r wenige.

7. *pacti*, die deditio erfolgt gewöhnlich in Folge einer pactio, c. 11, 8, durch welche das Leben, Güter u. s. w. ausbedungen werden. Im vorliegenden Falle hatten sich die Römer nur zu einer Uebereinkunft in Betreff der Samniten, nicht ihrer Bundesgenossen (*nih. cautum*) verstanden. — *sing.*, c. 15, 6.

8. *sociis* etc., die Römer wollen sie durch Härte und Strenge zur Unterwürfigkeit zwingen, daher werden sie als Verräther, denn die meisten, wie die Sabeller, Aequer, Herniker, haben einmal mit Rom ein Bündniss gehabt, in die Sclaverei verkauft, s. Nieb. 1, 504.

9—10. *ad senat.*, als Behörde über die Bundesgenossen, dort findet auch die Untersuchung statt (*quaesitum est*). — *dilectu* n. vom Staate angeordnet, s. 6, 6, 4. — *per,* in — herum, s. Sall. C. 51, 43. — *integram,* als eine noch unentschiedene.

vina Q. Marcius Tremulus — hi enim iam creati erant — ad senatum referre. id aegre passi Hernici, concilium popu- 11 lorum omnium habentibus Anagninis in circo quem Maritimum vocant, praeter Aletrinatem Ferentinatemque et Verulanum omnes Hernici nominis populo Romano bellum indixerunt.

In Samnio quoque, quia decesserat inde Fabius, novi **43** motus exorti. Calatia et Sora praesidiaque quae in his Romana erant expugnata, et in captivorum corpora militum foede saevitum. itaque eo P. Cornelius cum exercitu missus. Marcio novi hostes — iam enim Anagninis Hernicisque aliis 2 bellum iussum erat — decernuntur. primo ita omnia oppor- 3 tuna loca hostes inter consulum castra interceperunt, ut pervadere expeditus nuntius non posset, et per aliquot dies in- 4 certi rerum omnium suspensique de statu alterius uterque consul ageret, Romamque is metus manaret, adeo ut omnes 5 iuniores sacramento adigerentur, atque ad subita rerum duo iusti scriberentur exercitus. ceterum Hernicum bellum ne- 6 quaquam pro praesenti terrore ac vetusta gentis gloria fuit.

11. *id*, dieses ganze Verfahren. — *Tremulus*, dieser Zuname kommt nur hier vor. — *concilium*, wie bei Latinern, Samniten u. a. Die Herniker sind nicht mit den Latinern abgefallen, sondern seit 397 a. u., 7, 15, 9, mit den Römern verbündet gewesen, und der Grund ihrer Trennung in dieser Zeit ist nicht abzusehen. — *circo q. M. v.*, wahrscheinlich eine Localität, wie der circus maximus in Rom, aber sonst nicht bekannt, wo die Herniker ihre Landtage halten. — *Aletr. (Aletrium) Fer.*, s. 4, 51; *Verulan. (Verulae)*. Die Städte liegen östlich von Anagnia, mehr im Gebirge. Ausser den genannten werden wenige Städte von einiger Bedeutung erwähnt, doch scheinen die Worte *omnes H. n.* eine grössere Macht der Herniker anzuzeigen. Ueber die Constr. s. 2, 2, 11.

43—45. Neue Erhebung der Samniten; Unterwerfung der Herniker und Aequer; Friede mit den Samniten und Sabellern; Diod. 20, 80; 90; 101; Nieb. 3, 298 f.; 305.

1. *Calatia*, c. 28. *Sora*, c. 24. Die Samniten, von den neuen Bundesgenossen unterstützt, s. c. 42, dringen wieder gegen Campanien und das Liristhal vor.

2. *Anagninis*, sie werden so den übrigen Hernikern entgegengestellt, als ob sie eine Hegemonie über dieselben gehabt hätten. — *bellum i.*, den vollständigen Ausdruck s. c. 45, 8: *populus Rom. bellum fieri Aequis iussit*, vgl. 21, 17, 4; allein nach Auslassung des Infinitivs wird *iubere* = *decernere* und die Betheiligten können im Dative stehen, 42, 33, 4: *bellum senatus Perseo iussisset;* häufiger ohne Dativ, s. 21, 17, 4; 32, 22, 12 u. a.

3—5. *interceperunt*, Cornelius steht wahrscheinlich als Nachfolger des Fabius in Samnium, und ist hier durch die Herniker abgeschnitten. — *incerti*, Zumpt § 367. — *omnium*, Z. § 437, s. 4, 57, 3. — *adeo* etc., ein Zeichen der Grösse der Gefahr. — *subita rer.*, Zumpt § 678, vgl. 6, 32, 5.

6. *ceterum* etc., indess (waren

nihil usquam dictu dignum ausi, trinis castris intra paucos dies exuti, triginta dierum indutias, ita ut ad senatum Romam legatos mitterent, pacti sunt semestri stipendo frumentoque
7 et singulis in militem tunicis. ab senatu ad Marcium reiecti, cui senatus consulto permissum de Hernicis erat; isque eam gentem in deditionem accepit. et in Samnio alter con-
8 sul superior viribus, locis inpeditior erat. omnia itinera obsaepserant hostes, saltusque pervios ceperant, ne qua subvehi commeatus possent. neque eos, cum cotidie signa in
9 aciem consul proferret, elicere ad certamen poterat; satisque apparebat neque Samnitem certamen praesens nec Romanum
10 dilationem belli laturum. adventus Marci, qui Hernicis subactis maturavit collegae venire auxilio, moram certaminis
11 hosti exemit. nam ut qui ne alteri quidem exercitui se ad certamen credidissent pares, coniungi utique passi duos consulares exercitus nihil crederent superesse spei, advenientem
12 inconposito agmine Marcium adgrediuntur. raptim conlatae sarcinae in medium, et prout tempus patiebatur instructa acies. clamor primum in stativa perlatus, dein conspectus procul pulvis tumultum apud alterum consulem in castris
13 fecit. isque confestim arma capere iussis raptimque eductis in aciem militibus transversam hostium aciem atque alio

diese Anstrengungen nicht nöthig) denn u. s. w. Crevier hält *ceterum* für Adjectiv: *reliqua Hernici belli.* — *trinis*, Zpt. § 119. Die Schwäche der Herniker kann nicht auffallen, da die Anagniner fast allein stehen. — *ita ut*, unter der Bedingung dass. — *semestri stip.* nach Th. Mommsen, die Hdss. haben *bimestri;* vgl. § 22. — *frumento*, auch dieses ist ein Theil der Kriegscontribution, Marquardt 3, 2, 155. Der Ablat. giebt den Preis an, s. 10, 37, 5 u. a.

7. *reiecti,* 5, 22, 1. Der Senat (das Volk wird nicht befragt) überlässt es dem Consul die bei der Dedition nöthigen Ceremonien zu vollziehen, 7, 31. — *de,* in Betreff. — *et*, in gleicher Weise, bezieht sich nur auf *superior;* er war den Feinden überlegen; im Folg. *locis inp.* ist die Andeutung des Gegensatzes durch den Chiasmus vertreten, und um Gleichheit des Ausdrucks zu gewinnen, *erat* auch auf dieses Glied bezogen statt: *sed locis inpeditioribus agebat* (quam Marcius).

8. *ne qua*, sie haben den Plan den Consul auszuhungern, der aber an der schnellen Unterwerfung der Herniker scheitert.

11—14. *credidissent — creder.*, praef. 7. — *passi* = *si passi essent.* — *conlatae*, sie bilden ein Quarré um dieselben. — *stativa* n. Cornelii, was erst im zweiten Gliede angedeutet ist, wo *in castris* den Begriff von *stativa* wiederholt, weil auch bemerkt werden sollte, was in demselben geschah, während *in stat.* nur die Richtung angiebt. — *transvers.*, c. 40, 12. Doch ist der Hergang nicht klar, da das Lager hinter der Schlachtreihe der Samniten ist (*respexere*), und das Durchbrechen der Linien (§ 15:

certamine occupatam invadit, clamitans summum flagitium 14 fore, si alterum exercitum utriusque victoriae conpotem sinerent fieri, nec ad se sui belli vindicarent decus. qua im- 15 petum dederat perrumpit, aciemque per mediam in castra hostium tendit et vacua defensoribus capit atque incendit. quae ubi flagrantia Marcianus miles conspexit et hostes re- 16 spexere, tum passim fuga coepta Samnitium fieri. sed omnia obtinet caedes, nec in ullam partem tutum perfugium est. iam triginta milibus hostium caesis signum receptui consu- 17 les dederant, colligebantque in unum copias in vicem inter se gratantes, cum repente visae procul hostium novae cohortes, quae in supplementum scriptae fuerant, integravere caedem. in quas nec iussu consulum nec signo accepto vi- 18 ctores vadunt, malo tirocinio inbuendum Samnitem clamitantes. indulgent consules legionum ardori, ut qui prope 19 scirent novum militem hostium inter perculsos fuga veteranos ne temptando quidem satis certamini fore. nec eos opinio fefellit: omnes Samnitium copiae, veteres novaeque, montes 20 proximos fuga capiunt. eo et Romana erigitur acies, nec quicquam satis tuti loci victis est. et de iugis quae ceperant funduntur; iamque una voce omnes pacem petebant. tum trium mensum frumento imperato et annuo stipendio ac 21 singulis in militem tunicis ad senatum pacis oratores missi. Cornelius in Samnio relictus, Marcius de Hernicis triumphans 22 in urbem rediit, statuaque equestris in foro decreta est, quae ante templum Castoris posita est. Hernicorum tribus popu- 23

aciem per mediam) den Feind mehr verwirren musste als der Rückblick auf das Lager. — *sui*, der ihnen angewiesene, vgl. c. 42, 1: *alienae sortis*.

15—19. *qua*, 4, 39, 2: *perrumpere eadem qua transierant*. — *conligebantque*, sie waren schon daran sich von verschiedenen Seiten zusammenzuziehen, nicht, wie man erwarten sollte, die Feinde zu verfolgen. — *gratantes*, mehr dichterisch st. *gratulantes*. — *in supplem. sc.* Ueber das Unwahrscheinliche s. Nieb. 3, 300. — *nec iussu c.*, c. 41, 17. — *malo tir. inb.*, weil sie eben ausgehoben sind: man müsse sie schlimmes Lehrgeld zahlen lassen. — *inter*, von dem Umstande: da schon u. s. w.

20. *veteres*, diese hätten also, wie auch § 17: *integravere*: sie veranlassten, dass u. s. w., anzeigt, an dem Kampfe wieder Theil genommen.

22. *triumphans*, nach den Fasten *de Anagnineis Herniceisque ann. CDXLVII prid. K. Quint.* — *statua*, s. Plin. 34, 6, 23: *ante aedem Castorum fuit Marci Tremuli equestris togata (statua), qui Samnites bis devicerat captaque Anagnia populum stipendio liberaverat;* das Letzte würde nicht hinzugefügt sein, wenn nur ein zweimonatlicher Sold, § 6, von den Hernikern gegeben wäre. — *templum C.*, 2, 20, 12.

lis Aletrinati Verulano Ferentinati, quia maluerunt quam civitatem, suae leges redditae, conubiumque inter ipsos, quod
24 aliquamdiu soli Hernicorum habuerunt, permissum. Anagninis, quique arma Romanis intulerant, civitas sine suffragii latione data, concilia conubiaque adempta et magistratibus
25 praeterquam sacrorum curatione interdictum. — Eodem anno aedes Salutis a C. Iunio Bubulco censore locata est, quam consul bello Samnitium voverat. ab eodem collegaque eius M. Valerio Maximo viae per agros publica inpensa factae.
26 et cum Carthaginiensibus eodem anno foedus tertio renovatum, legatisque eorum, qui ad id venerant, comiter munera missa.

23. *civitat.*, schon der Gegensatz § 24 zeigt, dass es die *civ. cum suffragio* war, bei der sie zwar alle Rechte der röm. Bürger erhielten, aber ihre Selbständigkeit und ihre Gesetze, so weit sie nicht mit den röm. übereinstimmten, aufgeben mussten; sie zogen vor die letzteren, und das früher mit Rom geschlossene Bündniss, das sie nicht verletzt hatten, zu behalten. — *maluerunt*, das Object ist aus dem Nebensatze zu entnehmen. — *redditae*, nicht als ob sie ihnen genommen gewesen wären, sondern: sie wurden ihnen nach den Verhandlungen gelassen, s. c. 45, 7. — *inter ipsos*, die 3 Staaten unter sich, nicht mit den übrigen, s. 8, 14, 10. Das Folg. scheint anzudeuten, dass es später auch andere Staaten der H. erlangt haben.

24. *civitas s. s.*, aber nicht unter so günstigen Bedingungen wie Capua, 8, 14, 10, vgl. die Stelle aus Fest. zu 8, 14, 3, denn Anagnia verliert seine Selbständigkeit und muss ohne Rechte im röm. Staate zu haben zu allen Lasten als civitas foederata beitragen. — *concil. con.*, s. 8, 14, 10; gewiss wurde auch das *commercium* untersagt. — *et magist.* etc. Die Magistrate blieben zwar dem Namen nach, wie z. B. in Latium Dictatoren, aber sie hatten nur noch religiöse Verrichtungen zu besorgen. Dadurch wird zugleich angezeigt, dass das Gemeindewesen aufgehoben, das frühere Recht der Stadt genommen und das röm. eingeführt worden ist, welches von einem röm. Präfecten (Anagnia ist in der Art, wie die Stelle aus Fest. zu 8, 19, 12 angiebt, Präfectur geworden) gehandhabt wird. Die *civitas* selbst wird c. 45, 8 als *poena* bezeichnet.

25. *eodem* etc. Einzelne Notizen aus den Annalisten, wie sie oft, s. c. 44, 16, am Ende des Jahres nachgeholt werden. — *Salutis*, c. 31, 10, nicht allein Göttin der Gesundheit, sondern der öffentlichen Wohlfahrt überhaupt, die auch in Kriegsnoth angerufen wird, s. 10, 1. — *viae* etc., was Appius im Grossen ausgeführt, thun seine Nachfolger im Kleinen, vgl. 41, 27, 5: *censores vias sternendas silice in urbe, glarea extra urbem substruendas marginandasque primi omnium locaverunt*, vgl. 10, 47; sie wurden also wol in früherer Zeit weniger dauerhaft hergestellt.

26. *cum Carthag.* — *tertio.* L. folgt hier, da er 7, 27, 2 das erste Bündniss anzunehmen scheint, anderen Annalen, die vielleicht 412 a. u., wo L. nur eine Gesandtschaft erwähnt, s. 7, 38, das zweite Bündniss setzten. — *ad id* n. foedus renovandum.

7—8. *referre* u. *milites* oder überhaupt: man. — *quam m.,* vgl. 22, 49, 4. — *postremo,* mit Uebergehung der weiteren Erklärungen, wie sonst *denique.* — *condicionem* etc., ein Vorschlag, der die Hartnäckigkeit des Appius, welcher das Interesse des Staates seinem Egoismus opfern wollte, zeigen musste. — *ferre* = *offerre,* 2, 40, 5; 21, 12, 4: *condiciones — ferebantur.* — Nach der ganzen Verhandlung, wenn sie anders statt gefunden hat, ist dem Volumnius ein Schreiben zugekommen, nur war ungewiss von wem. Da der Consul nicht ohne Genehmigung des Senates seine Provinzen verlassen durfte, so liegt es am nächsten an ein Senatsconsult zu denken, dem sich Appius nicht fügen wollte, s. Nieb. 3, 433.

me velitis, clamore significate." tum vero tantus est clamor 12 exortus, ut hostes e castris exciret. armis arreptis in aciem descendunt. et Volumnius signa canere ac vexilla efferri e castris iussit. Appium addubitasse ferunt cernentem seu pu- 13 gnante seu quieto se fore collegae victoriam: deinde veritum, ne suae quoque legiones Volumnium sequerentur, et ipsum flagitantibus suis signum dedisse. ab neutra parte satis 14 commode instructi fuerunt. nam et Samnitium dux Gellius Egnatius pabulatum cum cohortibus paucis ierat, suoque impetu magis milites quam cuiusquam ductu aut imperio pugnam capessebant, et Romani exercitus nec pariter ambo ducti, nec 15 satis temporis ad instruendum fuit. prius concurrit Volumnius quam Appius ad hostem perveniret. itaque fronte 16 inaequali concursum est; et velut forte quadam mutante adsuetos inter se hostes Etrusci Volumnio, Samnites, parumper cunctati quia dux aberat, Appio occurrere. dicitur Appius 17 in medio pugnae discrimine, ita ut inter prima signa manibus ad caelum sublatis conspiceretur, ita precatus esse „Bellona, si hodie nobis victoriam duis, ast ego tibi templum voveo." haec precatus velut instigante dea et ipse collegae 18 et exercitus virtutem aequavit. duces imperatoria opera exsecuntur, et milites, ne ab altera parte prius victoria incipiat,

12—16. *signa can.*, 2, 64, 10, konnte mit *efferri* verbunden werden. — *addubitasse,* 2, 4, 7, das Object: *num signum daret* ist aus dem Zusammenhange zu entnehmen. — *instr. fuer.*, sind gewesen, *instructi* nähert sich dem Adjectiv, s. 3, 24, 10. — *nam et,* es werden drei Gründe der unpassenden Aufstellung angegeben: von Seiten der Feinde die Abwesenheit des Oberfeldherrn, nach dessen Anordnung die Aufstellung hätte erfolgen müssen; von Seiten der Römer die Zögerung des Appius; für beide die Kürze der Zeit. — *suoque* bezieht sich also nicht auf *et,* sondern der erste Satz *et—ierat* ist der Wichtigkeit wegen als Hauptsatz ausgedrückt statt *nam et apud Samnites, cum dux — ivisset suo* etc. — *pariter*, c. 5, 7. — *ad instr.*, absolut wie 9, 37, 3. — *front. inaeq.*, weil Appius später ausgerückt war, stand sein Flügel weiter zurück als der des Volumnius, s. dagegen 5, 38, 3: *recta fronte;* 22, 47, 5: *aequa fronte.* — *forte q.*, 5, 13, 12. — *inter se* vertritt die Bezeichnung des reciproken Verhältnisses: *alterum alteri.*

17—20. *duis* = *dederis,* Zumpt § 162; *u* ist Umlaut des Stammvocals der Wurzel *da* in *dare;* ebenso ist *ast* alterthümlich statt *at;* über den Gebrauch s. 1, 28, 9. — *haec* etc. wird als historisch gewiss nicht mehr von *dicitur* abhängig gemacht. — *exercitus* könnte nur das Heer des Appius selbst sein, dem er, von der Gottheit begeistert, jetzt nicht nachgestanden habe. Allein der Ausdruck *et ip. c.* und der folg. Satz fordern auch eine Vergleichung beider Heere. Wahrscheinlich ist etwas ausgefallen, etwa *aequavit ducis: et duces,*

19 adnituntur. ergo fundunt fugantque hostes maiorem molem haud facile sustinentes quam cum qua manus conserere adsueti fuerant. urgendo cedentes insequendoque effusos con-
20 pulere ad castra. ibi interventu Gellii cohortiumque Sabellarum paulisper recruduit pugna. his quoque mox fusis iam
21 a victoribus castra oppugnabantur, et cum Volumnius ipse portae signa inferret, Appius Bellonam victricem identidem celebrans accenderet militum animos, per vallum per fossas
22 inruperunt. castra capta direptaque, praeda ingens parta et militi concessa est. septem milia ac trecenti hostium occisi, duo milia et centum viginti capti.

20 Dum ambo consules omnisque Romana vis in Etruscum bellum magis inclinat, in Samnio novi exercitus exorti ad populandos imperii Romani fines per Vescinos in Campaniam Falernumque agrum transcendunt, ingentesque praedas faci-
2 unt. Volumnium magnis itineribus in Samnium redeuntem — iam enim Fabio Decioque prorogati imperii finis aderat — fama de Samnitium exercitu populationibusque Campani agri
3 ad tuendos socios convertit. ut in Calenum agrum venit, et ipse cernit recentia cladis vestigia, et Caleni narrant tantum iam praedae hostis trahere, ut vix explicare agmen possint:
4 itaque iam propalam duces loqui extemplo eundum in Samnium esse, ut relicta ibi praeda in expeditionem redeant,

denn auch im nächsten Satze vermisst man *et.* Heusinger vermuthet *exercitus alterius.* — *molem*, 6, 19, 1. — *quam c. q.*, das Heer des Appius. — *Sabellarum,* 8, 1, 7; vielleicht war die Abwesenheit derselben von den Römern nur benutzt worden.

21. *ipse,* der Gegensatz ist *Bellonam vict.*, während Vol. durch sein eigenes Beispiel, persönliche Tapferkeit, Appius nur durch das Anrufen der Bellona die Kämpfenden anfeuerte. *ipse — inferret* ist wegen *signa* nicht eigentlich zu nehmen, sondern: an der Spitze seiner Legion kämpfte. Der Satz enthält nur den Grund, die Folge ist aus dem nächsten Satze: *accenderet* zu nehmen. Wenn nicht der Gedanke gehoben werden sollte, würde es heissen: *inferens*, wie vielleicht zu lesen ist, dann *accenderent,* da in den Hdss. *accenderant* sich findet. — *inruperunt,* Feldherrn u. Soldaten, vgl. 6, 24, 11; 10, 40, 5: *gesturos.* — Ueber die Zahlen s. c. 14 a. E.

20. Ueberfall des samnitischen Heeres.

1—3. *inclinat,* um *Rom. vis* als Hauptsache zu bezeichnen. — *novi ex.*, wahrscheinlich hatten die Samniten gleich Anfangs mehrere Heere ausgerüstet, Mommsen 1, 247; ein drittes hatte wol Decius gegenüber gestanden um ihn wo anders zu beschäftigen. — *Vescinos,* 8, 11, 5. — *Falernumque*, s. 7, 26, 9. Die Samniten dringen also in die reichsten Gegenden bis an das Meer vor. — *iam — aderat*, c. 16, 1. — *Calenum*, 8, 16; die Colonie selbst hat sich gehalten, aber die Verwüstung des Landes nicht hindern können. — *trahere,* 9, 17, 16.

nec tam oneratum agmen dimicationi committant. ea quam- 5
quam similia veris erant, certius tamen exploranda ratus dimittit equites, qui vagos praedatores in agris palantes excipiant; ex quibus inquirendo cognoscit ad Vulturnum flumen 6
sedere hostem, inde tertia vigilia moturum, iter in Samnium esse. his satis exploratis profectus tanto intervallo ab ho- 7
stibus consedit, ut nec adventus suus propinquitate nimia nosci posset, et egredientem e castris hostem opprimeret. aliquanto ante lucem ad castra accessit, gnarosque Oscae 8
linguae exploratum quid agatur mittit. intermixti hostibus, quod facile erat in nocturna trepidatione, cognoscunt infrequentia armatis signa egressa, praedam praedaeque custodes exire, inmobile agmen et sua quemque molientem nullo inter alios consensu nec satis certo imperio. tempus adgrediendi 9
aptissimum visum est; et iam lux adpetebat: itaque signa canere iussit, agmenque hostium adgreditur. Samnites praeda 10
inpediti, infrequentes armati, pars addere gradum ac prae se agere praedam, pars stare incerti, utrum progredi an regredi in castra tutius foret: inter cunctationem opprimuntur. et Romani iam transcenderant vallum caedesque ac tumultus erat in castris. Samnitium agmen praeterquam hostili tu- 11

5—8. *vagos—pal.*, 2, 50, 6. — *sedere*, 2, 12, 1. — *iter — esse*, ihr Weg gehe nach u. s. w. — *Oscae*, s. 7, 2, 12. Die Samniten haben die Sprache der früheren Bewohner des Landes, s. 4, 37, 1, angenommen, es giebt keine lingua Samnitica. Die osk. Sprache war zwar der latein. nahe verwandt, wurde aber, wie u. St. zeigt, nicht von Allen verstanden. — *trepidatione*, Verwirrung. — *infreq. ar. s.*, das eigentliche Heer, das aber nur wenige bei den Fahnen zählt, weil die meisten mit dem Fortschaffen der Beute beschäftigt sind. — *praed. pr.*, s. 1, 7, 9. — *exire*, ziehe eben aus dem Lager. Das Folg.: *inmob.* etc. charakterisirt diesen zweiten Zug näher, zuerst im Allgemeinen *inmob. ag.*, dann im Besonderen. *sua quemq.* etc. ist grammatisch frei angeknüpft, indem an die Einzelnen in dem Zuge zu denken ist. — *inter alios* kann zwar künstlich als Gegensatz zu *quemque* gefasst werden: mit den übrigen; allein man erwartet eine bestimmtere Angabe der Personen, etwa: *inter armatos* oder *inter se.*

9—13. *tempus* ist zweimal zu denken. — *Samnites — opprimuntur* bezieht sich nur auf den zweiten Zug, *Samnites — armati*, s. § 14, in dem durch die partitive Appos. von *pars — pars* zwei Theile unterschieden werden. — *infrequentes ar.*, „nur wenige Bewaffnete," die § 8 erwähnten *custodes*, die aber ihre Waffen nicht bei der Hand haben, § 12: *arma in s. d.* — *addere gr.*, 3, 27, 7. — *inter cunctationem*, 1, 27, 11. — *opprimuntur* schliesst sich zwar zunächst an *pars st. incerti* an, gehört aber als Prädicat zu *Samnites*, denn der ganze Zug wird überrascht, und L. meldet nicht, dass die Fortziehenden: *pars addere gr.* etc., entkommen wären. — *agmen*, der

multu captivorum etiam repentina defectione turbatum erat,
12 qui partim ipsi soluti vinctos solvebant, partim arma in sarcinis deligata rapiebant, tumultumque proelio ipso terribiliorem
13 intermixti agmini praebebant. memorandum deinde edidere facinus, nam Statium Minacium ducem adeuntem ordines hortantemque invadunt; dissipatis inde equitibus qui cum eo aderant ipsum circumsistunt, insidentemque equo captum
14 ad consulem Romanum rapiunt. revocata eo tumultu prima signa Samnitium; proeliumque iam profligatum integratum
15 est, nec diutius sustineri potuit. caesa ad sex milia hominum, duo milia et quingenti capti, in eis tribuni militum quattuor, signa militaria triginta, et, quod laetissimum victoribus fuit, captivorum recepta septem milia et quadringenti, praeda ingens sociorum: accitique edicto domini ad res suas
16 noscendas recipiendasque. praestituta die quarum rerum non extitit dominus militi concessae; coactique vendere praedam, ne alibi quam in armis animum haberent.

21 Magnum ea populatio Campani agri tumultum Romae
2 praebuerat; et per eos forte dies ex Etruria adlatum erat post deductum inde Volumnianum exercitum Etruriam conci-

zweite Zug. — *praeterquam — etiam,* 4, 17, 6. — *defectione* ist freier davon gebraucht, dass sich die Gefangenen in Freiheit setzen. — *arma in s. d.,* weil sie die Römer weit entfernt geglaubt hatten. — *Statium,* s. 9, 44; 23, 1; 24, 19, der Name findet sich auch oft auf Inschriften, und ist dessbalb hier wol vorzuziehen, obgleich die meisten Hdss. *Staium* haben. — *Minacius* ist hier Geschlechtsname, auf Inschriften auch Vorname. — *ordines,* nicht verschieden von *custodes.*

14—16. *prima s.,* s. § 8. — *proelium prof.,* 9, 29, 1. — *sustineri,* wie c. 14, 17: *sustinere certamen.* — *in eis,* unter diesen. — *trib. mil.,* nach römischer Bezeichnung. — *sociorum,* Aurunker, Campaner. — *noscendas,* 3, 10, 1. — *praestituta,* 6, 4, 5. — *coactique,* wie c. 17, 9. Ueber *que* 2, 39, 10. — *alibi* = *in alia re,* 30, 35, 11: *nec spem salutis alibi quam in pace inpetranda esse,* vgl. 2, 35, 2.

21. 1. *ea pop.,* besonders wol weil die Samniten Rom so nahe gekommen, und Gefahren wie 9, 25 ff., und in Bezug auf die Nachrichten aus Etrurien wie 9, 38 (daher auch das *iustitium* § 3, s. 3, 3, 6) zu befürchten waren.

2. *post ded.* etc., an dieses Ereigniss wird das Folg. angeknüpft, und dadurch zugleich der frühere Feldzug angedeutet: nach der Schlacht c. 19 hatte man Ruhe in Etrurien erwartet, aber es trat das Gegentheil ein. — *Etrur. concitam,* hieraus ist ein entsprechendes Prädicat zu Gellius Eg. zu entnehmen. L. scheint die 4 Völker in zwei Classen zu theilen, die an der Spitze stehenden Samniten und Etrusker auf der einen, s. c. 18, 2; die Umbrer und Gallier, welche erst gewonnen werden müssen, daher die passiven Infinitive *vocari* und *sollicitari,* auf der anderen

tam in arma et Gellium Egnatium Samnitium ducem, et Umbros ad defectionem vocari, et Gallos pretio ingenti sollicitari. his nuntiis senatus conterritus iustitium indici, dilectum 3 omnis generis hominum haberi iussit. nec ingenui modo 4 aut iuniores sacramento adacti, sed seniorum etiam cohortes factae libertinique centuriati. et defendendae urbis consilia agitabantur, summaeque rerum praetor P. Sempronius praeerat. ceterum parte curae exonerarunt senatum L. Volumnii 5 consulis litterae, quibus caesos fusosque populatores Campaniae cognitum est. itaque et supplicationes ob rem bene 6 gestam consulis nomine decernunt; iustitium remittitur, quod fuerat dies XVIIJ, supplicatioque perlaeta fuit. tum de prae- 7 sidio regionis depopulatae ab Samnitibus agitari coeptum. itaque placuit, ut duae coloniae circa Vescinum et Falernum agrum deducerentur, una ad ostium Liris fluvii, quae Men- 8 turnae appellata, altera in saltu Vescino Falernum contingente agrum, ubi Sinope dicitur Graeca urbs fuisse, Sinuessa deinde ab colonis Romanis appellata. tribunis plebis negotium 9 datum est, ut plebei scito iuberetur P. Sempronius praetor triumviros in ea loca colonis deducendis creare. nec qui 10

Seite; und bei *pretio ing. sollic.* sind, wie c. 10, 7 und c. 16, 6 zeigt, so wie wegen der Nachbarschaft der Gallier die Etrusker als die Urheber der neuen Bewegung zu denken; bei *Umbros* etc. vielleicht mehr Egnatius. — *ad defect. v.,* weil früher nur einige, s. c. 18, 2, am Kriege Antheil genommen haben.

3—6. *omnis g.,* wie 8, 20, 4. — *iuniores* u. *seniorum,* 1, 43, 2. — *cohortes,* 8, 9, 12, hier um abzuwechseln neben *centuriati.* — *libertini,* vielleicht waren die Reichen unter denselben bereits in die allein zum Kriegsdienste berechtigten Classen aufgenommen, s. Mommsen R. G. 1, 197; die übrigen waren sonst von demselben ausgeschlossen und wurden nur bei dringender Gefahr ausgehoben; Becker 2, 1, 197; 2, 3, 45 f. — *Sempronius (Sophus),* c. 9, 14. — *summae — praeerat,* 3, 6, 9. — *parte cur.,* des Ueberfalls von Süden her. — *supplicationes,* die einzelnen feierlichen Handlungen; *supplicatio* bald darauf umfasst das Ganze, 5, 23, 3. — *nomine,* zur Ehre, 3, 63, 5.

7—8. *coloniae,* beide sind coloniae civium und maritimae wie Antium, 8, 14, 8, welche zum Schutze des Küstenlandes am Ausflusse des Liris dienen, Mommsen R. G. 1, 250. — *Menturnae,* 8, 10, 9; Plin. 3, 5, 59: *ultra — est colonia Minturnae, Liri amne divisa, Clani appellato, Sinuessa, extrema in adiecto Latio, quam quidam Sinopen dixere vocitatam.* — *quae — appellata* lässt vermuthen, dass auch Menturnae vorher einen anderen Namen hatte, vgl. 8, 23, 6. — *in sal. V.,* wo sich der M. Massicus der Küste nähert, Nieb. 3, 436. — *Graeca,* wie Cumae, Palaepolis.

9—10. *tribunis* etc., durch die Trib. wird der Senatsbeschluss über die Gründung der Colonien den Tributcomitien vorgelegt. — *creare,* s. 9, 28, 8; a. u. St. kann

nomina darent facile inveniebantur, quia in stationem se prope perpetuam infestae regionis, non in agros mitti rebantur.
11 Avertit ab eis curis senatum Etruriae ingravescens bellum et crebrae litterae Appii monentis, ne regionis eius mo-
12 tum neglegerent: quattuor gentes conferre arma, Etruscos Samnites Umbros Gallos; iam castra bifariam facta esse, quia unus locus capere tantam multitudinem non possit.
13 ob haec, et — iam adpetebat tempus — comitiorum causa L. Volumnius consul Romam revocatus, qui priusquam ad suffragium centurias vocaret in contionem advocato populo
14 multa de magnitudine belli Etrusci disseruit. iam tum cum ipse ibi cum collega rem pariter gesserit, fuisse tantum bellum, ut nec duce uno nec exercitu geri potuerit; accessisse postea dici Umbros et ingentem exercitum Gallorum.
15 adversus quattuor populos duces consules illo die deligi meminissent. se, nisi confideret eum consensu populi Romani consulem declaratum iri, qui haud dubie tum primus omnium
22 ductor habeatur, dictatorem fuisse extemplo dicturum. Nemini dubium erat, quin Fabius Quintus omnium consensu destinaretur; eumque et praerogativae et primo vocatae omnes
2 centuriae consulem cum L. Volumnio dicebant. Fabii oratio

es zweifelhaft sein, ob Sempronius selbst die Triumvirn ernennen, oder nur die Wahl derselben in Tributcom. leiten und sie renuntiiren soll, s. Marquardt 2, 3, 111. — *nec*, aber nicht. *nom. dar.* u. *stationem*, 3, 1, 6; 7. — *infestae*, Angriffen von der See, und, wie die Erfahrung so eben gezeigt hatte, auch vom Lande her ausgesetzt. — *non i. a.* L. denkt, wie c. 6, 3, an die spätere Bestimmung der Colonien seit der Zeit der Gracchen, Marquardt 3, 1, 323.

12—15. *gentes*, so wenig als § 1 ist hier *denuo*, was man erwarten konnte, hinzugefügt. — *possit*, Z. § 515. — *iam* etc., die Parenthese, wie oft, ohne *enim*. Auch zu *tempus* ist *comitiorum* zu denken. — *ad suffr. voc.*, c. 13, 11. — *contionem*, s. 2, 56, 9; Marq. 2, 3, 92. — *pariter*, c. 19, 15. — *uno* gehört auch zu *exercitu*, c. 25, 13. — *adversus q. p.*, attributive Bestimmung zu *duces*: Consuln, die — sein sollten. Mit Recht wird die Wahl als eine sehr wichtige bezeichnet, da ein Entscheidungskampf um den Besitz Italiens zu erwarten war. — *consensu*, 4, 51, 3. — *dictatorem*, er würde auf einen hierauf bezüglichen Senatsbeschluss angetragen haben, vgl. c. 11, 3.

22. 1. *Fabius Q.*, 1, 56, 11. — *destinaretur*, s. 9, 16, 19: dass Alle entschlossen waren ihn zu wählen. — *praerogativae*, s. 5, 18, 1; diese Stelle, die einzige, wo die *praerogativae* erwähnt werden, zeigt, dass die Reform der Verfassung damals noch nicht erfolgt war, weil es nach dieser nur eine durch das Loos gewählte praerogativa gab. Die *praerogativae* sind die Rittercenturien, s. 1, 43, 11; die *primo vocatae* die erste Classe, vgl. c. 15, 7; Marquardt 2, 3, 3 f.; 34. — *dicebant*,

fuit qualis biennio ante; deinde ut vincebatur consensu, versa postremo ad collegam P. Decium poscendum. id senectuti 3 suae adminiculum fore: censura duobusque consulatibus simul gestis expertum se nihil concordi collegio firmius ad rem publicam tuendam esse. novo imperii socio vix iam adsuescere senilem animum posse; cum moribus notis facilius se communicaturum consilia. subscripsit orationi eius con- 4 sul cum meritis P. Decii laudibus, tum quae ex concordia consulum bona, quaeque ex discordia mala in administratione rerum militarium evenirent, memorando, quam prope ulti- 5 mum discrimen suis et collegae certaminibus nuper ventum foret; et monendo Decium Fabiumque ut uno animo una 6 mente viverent. esse praeterea viros natos militiae, factis magnos ad verborum linguaeque certamina rudes: ea ingenia consularia esse. callidos sollertesque iuris atque eloquen- 7

c. 9, 10. Die einzelnen Centurien haben also schon gestimmt; während das Resultat der Abstimmung bekannt gemacht wird oder nachher thut Fabius Einspruch, indem er nach dem Gesetz, 7, 42, 2, die Wahl ablehnt. Da er hierauf einen anderen Collegen als Volumnius wünscht, so wird, obgleich sich die Majorität durch die Ritter und die erste Classe schon für ihn entschieden hat, eine neue Wahl nöthig, § 9.

2—3. *qualis b.*, s. c. 15 n. 13; Pauly R. E. 3, 391 ff. — *vincebatur* etc., dass er sich bereit erklärte das Consulat anzunehmen. — *id* n. Decius, wenn er gewählt würde, Z. § 372. — *adminic.*, 6, 1, 4. — *censura*, 9, 46. — *consul.*, 10, 13, 13. — *collegio*, um ihre enge Verbindung im Consulate zu bezeichnen, dessen Rechte nicht dem Einzelnen, sondern Beiden zusammen angehören. — *moribus* st. der Person. Das § 3 Erwähnte passt wenig zu dem folg. Streite, s. Pauly a. a. O.

4—6. *subscrips.* wird sonst von dem gebraucht, der eine Anklage mit unterschreibt und den Ankläger unterstützt, hier ist es einfach die in *laudibus — memorando*, s. 1, 15, 4, bezeichnete Empfehlung des Fabius. — *quam pr.* etc. hängt noch von *memorando* ab; doch ist das Asyndeton sehr hart und *quam* vielleicht verdorben oder *quamque* zu lesen. — *et monendo* etc. schliesst sich an den letzten Gedanken, weniger an *subscripsit*, an; die Wahl der beiden Genannten wird dabei als gewiss vorausgesetzt, und schon auf c. 24, 2 ff. hingedeutet. — *esse* n. *eos;* aus *monendo* ist *dicendo* zu entlehnen. — *militiae*, 24, 42, 6: *gens nata instaurandis — bellis*, vgl. 5, 37, 8; 9, 9, 11. — *ad — rudes* findet sich mehrfach bei L., 24, 48, 5; Z. § 296.

7. *callid. s.* sind ebenso wie *consultos* substantivisch: Männer dagegen von grosser Umsicht und praktischem Talente u. s. w. *consultos* wird gewöhnlich nur vom Rechte gebraucht, hier aber auch auf *eloquentia* bezogen. — *iuris.* Die Rechtskenntniss des Appius wird auch sonst erwähnt, s. Dig. I. 2, 36: *hunc* (Appium) *etiam actiones scripsisse traditum est primum de usurpationibus, qui liber non extat;* Bernhardy p. 178; s. Nieb. 3, 436; ebenso seine Beredtsamkeit, c. 15, 12; 19, 7. Warum gerade Volumnius den Appius empfiehlt ist

tiae consultos, qualis App. Claudius esset, urbi ac foro praesides habendos praetoresque ad reddenda iura creandos esse.
8 his agendis dies est consumptus. postridie ad praescriptum
9 consulis et consularia et praetoria comitia habita. consules creati Q. Fabius et P. Decius, Ap. Claudius praetor, omnes absentes. et L. Volumnio ex senatus consulto et scito plebis prorogatum in annum imperium est.

23 Eo anno prodigia multa fuerunt, quorum averruncando-
2 rum causa supplicationes in biduum senatus decrevit. publice vinum ac tus praebitum: supplicatum iere frequentes viri fe-
3 minaeque. insignem supplicationem fecit certamen in sacello Pudicitiae patriciae, quae in foro bovario est ad aedem ro-
4 tundam Herculis, inter matronas ortum. Verginiam Auli filiam patriciam, plebeio nuptam L. Volumnio consuli, matronae, quod e patribus enupsisset, sacris arcueruant. brevis

nicht wol abzusehen. — *urbi a. f. p.*, Umschreibung der Prätur, die zugleich an die Stelle der praefectura urbis, s. 6, 6, 15, getreten war.

8—9. *consumptus,* die Verhandlungen dauerten bis gegen Abend, so dass die Comitien nicht mehr beendigt werden, die Abstimmung nicht erfolgen konnte, vgl. 38, 51, 5: *orationibus in noctem perductis prodicta dies est;* Marquardt 2, 3, 113. — *ad praesc. c.* ist nicht deutlich; entweder: nach der Anordnung, Vorschrift des Consuls wurden sogleich am folg. Tage beide Comitien gehalten, oder: nach seinem Vorschlage in Rücksicht auf die zu Wählenden, Becker 2, 2, 182. — *absentes* kann, wenn es historisch ist, in Beziehung auf Fabius und Decius nur bedeuten, dass sie nicht auf dem Forum erschienen waren, 4, 42, 1; während Appius von der Stadt entfernt war. — *scito pl.,* s. 8, 23, 12; 9, 42, 2.

23. Nachträgliche Bemerkungen zu dem Jahr 456 (458 nach Varro).

1—3. *prodigia*, sie finden sich bei Zonar. 8, 1. — *averruncand.*, 8, 6, 11. — *supplicationes,* hier = *obsecratio*, s. 3, 7, 7; 7, 28, 8; anders c. 21, 6. — *publice,* auf Kosten des Staates. — *vinum a. t.*, zu Libationen und Opfern. — *insignem,* vorangestellt wie 7, 26, 3. — *patriciae,* der Zuname ist entweder erst jetzt entstanden, oder die Ursache des folg. Vorfalls gewesen. — *quae*, auf die Göttin bezogen statt auf das *sacellum,* vgl. Cic. Verr. 2, 4, 33, 72: *Dianae simulacrum,* dann *digna.* — *bovario*, gewöhnlich *boario*, das *forum b.* lag zwischen der Tiber und dem circus maximus, Becker 1, 473. Diese Worte und der Zusatz *rotunda* zu *aed.* zeigen, dass der Tempel des Herc. verschieden war von einem anderen ad portam trigeminam, Becker 1, 478; so wie von dem 1, 7, 10 angedeuteten *fanum* desselben. Wahrscheinlich stand der Cultus der Pudicitia in Verbindung mit dem des Hercules.

4—5. *Verginiam*, sie erschien wol um in dem Tempel zu opfern. — *quod e p. en.*, da dieses schon oft geschehen war, s. 6, 34, so muss das Folg. eine besondere Veranlassung gehabt haben. Vielleicht wagte Verginia in Folge der lex Ogulnia, c. 7, 12, zuerst, obgleich sie einen Plebejer geheirathet hatte, den Tempel zu betreten. — *enubere,* s. 4, 4, 7; das Wort findet sich

altercatio inde ex iracundia muliebri in contentionem animorum exarsit, cum se Verginia et patriciam et pudicam in 5 patriciae Pudicitiae templum ingressam et uni nuptam, ad quem virgo deducta sit, nec se viri honorumve eius ac rerum gestarum paenitere, vero gloriaretur. facto deinde egregio magnifica verba adauxit. in vico Longo, ubi habitabat, 6 ex parte aedium quod satis esset loci modico sacello exclusit, aramque ibi posuit; et convocatis plebeis matronis conquesta iniuriam patriciarum „hanc ego aram" inquit „Pu- 7 dicitiae plebeiae dedico, vosque hortor, ut, quod certamen virtutis viros in hac civitate tenet, hoc pudicitiae inter matronas sit, detisque operam, ut haec ara quam illa, si quid 8 potest, sanctius et a castioribus coli dicatur." eodem ferme 9 ritu et haec ara quo illa antiquior culta est, ut nulla nisi spectatae pudicitiae matrona, et quae uni viro nupta fuisset

nur bei Liv. — *arcuerant* n. als eine Unreine, 4, 1, 2. — *inde,* in Folge davon. — *ex irac. m.,* vgl. 6, 34, 6. — *in cont.,* s. Tac. H. 1, 64: *iurgia primum mox rixa — prope in proelium exarsere.* — *et patr. et pud. — et uni n.,* diese drei Anforderungen wurden von den Patricierinnen, s. § 9, an die gemacht, welche an dem Cultus Theil nehmen wollten; die Worte gehören zu dem Präd. *ingressam. patriciam,* Verg. behauptet durch die Verheirathung mit einem Plebejer habe sie nicht aufgehört eine Patricierin zu sein. *pudicam,* 3, 45, 6. — *uni n.,* s. Paul. Diac. 243: *Pudicitiae signum Romae colebatur, quod nefas erat attingere, nisi ab ea, quae semel nupsisset;* auch sonst wird die zweite Heirath der Frau gemissbilligt, s. Tac. Germ. 19. — *templum,* hier = *sacellum,* 1, 55, 2, vgl. Becker I. 480. — *honorumve,* c. 7, 9. — *vero,* mit vollem Rechte, 2, 59, 9: *haud falso;* 7, 15, 2: *vera audiebant;* vielleicht ist *vere* zu lesen.

6—8. *magnifica v.,* 7, 32, 11. — *ex parte,* also nicht den ganzen Flügel, sondern nur einen Theil desselben, wie auch das sacellum der Pudicitia patricia von geringem Umfange gewesen zu sein scheint. — *quod loci = tantum loci quod,* s. 1, 12, 1. — *aramque,* als Theil des sacellum. — *matronis,* die Lesart der Hdss. *matrimoniis* beruht wahrscheinlich auf Verschreibung; und wenn sich im Griech. *γάμοι,* s. Eurip. Hippol. 14, und bei Späteren *matrimonia* im Sinne von *uxores* findet, so ist dieses doch verschieden von *matronae.* — *Pudicit. pl.,* der Vorfall zeigt dass Privatleute, und jetzt selbst Plebejer, besondere Culte einrichten dürfen, aber wol nur mit Erlaubniss und unter der Aufsicht der pontifices. — *si quid,* wenn in irgend einer Beziehung, 36, 9, 2.

9—10. *et — fuisset,* gewöhnlich steht in einem Relativsatze, der an ein Adjectivum geknüpft wird, der Conjunctiv, s. 5, 33, 3: *praepotente iuvene, et a quo — nequirent;* 6, 34, 11: *strenuo adulescente, et cuius spei nihil—deesset;* 1, 34, 7: *cupido, et cui — esset;* praef. 11: *nec ditior fuit, nec in quam — inmigraverint;* 3, 27, 1: *patriciae gentis, sed qui — fecisset;* 2, 56, 3: *parva res — sed quae — auferret* u. v. a. — *vul-*

10 ius sacrificandi haberet. vulgata dein religio a pollutis, nec matronis solum sed omnis ordinis feminis, postremo in obli- 11 vionem venit. — Eodem anno Cn. et Q. Ogulnii aediles cu- 12 rules aliquot feneratoribus diem dixerunt; quorum bonis multatis, ex eo quod in publicum redactum est, aenea in Capitolio limina et trium mensarum argentea vasa in cella Iovis, Iovemque in culmine cum quadrigis, et ad ficum Ruminalem simulacra infantium conditorum urbis sub uberibus lupae posuerunt, semitamque saxo quadrato a Capena porta 13 ad Martis straverunt. et ab aedilibus plebeis L. Aelio Paeto et C. Fulvio Curvo ex multaticia item pecunia, quam exe-

gata, 1, 10, 7. — *pollutis*, das Gegentheil von *pudicae*, ist wie § 6 u. 4 *patricia* substantivisch, s. 1, 26, 4. — *matronis*, angesehene, verheirathete Frauen, meist mit sittlicher Nebenbedeutung, daher als Gegensatz: *concubina*, hier: *omnis generis:* auch aus niederem Stande. Das Fehlen der Präpos. in diesem Falle ist selten, eher wird sie im 2. Gliede weggelassen, wie 36, 6, 3: *nec a parvis nec dubiis* u. a. — *in obl. v.*, nur der Dienst der plebejischen Pudicitia nicht der der patricischen.

11—12. *Ogulnii*, c. 6, also sind zwei Plebejer curul. Aedilen, s. 7, 1. — *feneratoribus*, 7, 28, 9; das 7, 42, 1 erwähnte Gesetz, wenn es anders in Kraft gewesen ist, war also aufgehoben; die Aedilen werden nach früheren Gesetzen Multen, s. § 13: *item multaticia p.*, beantragt haben, s. 7, 16, 1. — *bonis m.*, ein ungewöhnlicher Ausdruck, da es sonst heisst *bonis aliquem multare;* allein *bonis publicatis* scheint nicht gesagt zu sein, weil nach dem Folg. nur ein Theil der Strafsumme dem Staate zufiel. Ueber diesen konnten die Aedilen frei verfügen, und er war besonders für relig. Zwecke bestimmt, s. c. 31; 27, 6 u. a. — *aenea*, vorher waren sie wol von Holz gewesen. — *cella*, 5, 50, 6. — *Iovemque c. q.*, wahrscheinlich auf dem nördlichen Giebel, auf dem südlichen stand das gleich bei der Erbauung aufgestellte Viergespann aus Thon, Becker 1, 398. — *ad fic. R.*, 1, 4, 5. — *simul inf.*, eins der ältesten Denkmäler der römischen Kunst, welches nach der Ansicht Mancher noch jetzt erhalten ist, und in dem Capitolin. Museum in Rom aufbewahrt wird, s. Müller Archäol. d. Kunst § 172, 3; dagegen Abecken Mittelit. S. 321. — *conditorum*, also wurde, wenn sich L. genau ausdrückt, auch Remus dafür gehalten. Uebrigens ist das Bild ein Zeugniss dafür, dass schon in jener Zeit die Sage von Romulus u. Remus geglaubt wurde, Mommsen 1, 303; 299. — *semitam*, einen Fussweg, Trottoir, welcher sich neben der via Appia, die gleichfalls bei der porta Capena begann und derselben Richtung folgte, hinzog; Nieb. 3, 357. — *saxo q.*, 1, 26, 4. — *ad Mart.* Der Tempel lag etwa 1000 Schritte von der porta Capena entfernt, Preller die Regionen d. Stadt Rom 116 f. Die Aedilen legen ausnahmsweise Strassen an, gewöhnlich ist es Sache der Censoren, Becker 2, 2, 323; 313.

13. *multaticia*, das Wort findet sich nur bei L.; bei ihm aber nicht selten. — *pecuariis* etc., Viehhalter, welche mehr Vieh als (wol nach den Bestimmungen der lex Licinia 6, 35, 5) erlaubt war, oder als sie angegeben hatten, auf

gerunt pecuariis damnatis, ludi facti pateraeque aureae ad Cereris positae.

24 Q. inde Fabius quintum et P. Decius quartum consulatum ineunt, tribus consulatibus censuraque collegae, nec 2 gloria magis rerum, quae ingens erat, quam concordia inter se clari. quae ne perpetua esset, ordinum magis quam ipsorum inter se certamen intervenisse reor, patriciis tendenti- 3 bus, ut Fabius [in] Etruriam extra ordinem provinciam haberet, plebeis auctoribus Decio, ut ad sortem revocaret. fuit certe 4 contentio in senatu, et postquam ibi Fabius plus poterat, revocata res ad populum est. in contione, ut inter militares viros et factis potius quam dictis fretos, pauca verba habita. Fabius, quam arborem consevisset, sub ea legere alium fru- 5 ctum indignum esse dicere; se aperuisse Ciminiam silvam viamque per devios saltus Romano bello fecisse. quid se id 6

die zum Staatslande gehörenden Weiden (*pascua*) gehen liessen. — *damnatis*, die Aedilen haben auf eine Mult geklagt und das Volk hat den Antrag genehmigt. Die Stelle zeigt, wie nahe sich der Geschäftskreis der curul. und plebej. Aedilen berührte, s. Becker 2, 2, 320; dass sie aber dennoch getrennte Cassen hatten. — *ludi* n. *plebeii*, Becker 2, 2, 323. — *aureae*, wie § 12 *argentea;* also wurden die edlen Metalle eher zum Schmucke als zu Gelde verwendet. — *ad Cer.*, s. 3, 55, 8. Er lag am circus maximus, Becker 1, 471.

24. Streit der Consuln über die Provinzen.

1—2. *quintum*, c. 14. — *tribus*, das jetzige Consulat war erst das dritte, daher = zum dritten Male. — *concordia* etc. bildet den Uebergang zum Folgenden. — *ordinum*, der beiden nachher genannten Stände. — *reor*, also nur subjective Ansicht L's, der nicht verschweigt, dass diese Verhandlung nicht ganz beglaubigt gewesen sei, s. c. 26, 5; Nieb. 3, 439.

3. *patriciis*, nach § 4: *in senatu* u. § 8 die patricischen Senatoren, *plebeis*, die plebejischen. — *in Etrur.* haben die Hdss. gegen den Sprachgebrauch, s. Gron. zu 40, 36, 13. — *extra ord.*, s. 3, 2, 2, da dieses nicht selten geschehen ist, s. 6, 30; 7, 23; 8, 16, 5; Becker 2, 2, 118, so müsste jetzt eine besondere Veranlassung zum Widerspruche vorgelegen haben. — *ad sort.*, das gewöhnliche Verfahren. — *revocaret* n. *rem;* anders ist im Folg. *revocata* gebraucht: zur Entscheidung vorlegen, vgl. 7, 20, 3: *reiecti.*

4. *in senatu*, bisher hat immer der Senat in solchen Fällen entschieden, jetzt wird zum ersten Male ein Volksbeschluss veranlasst, wie es später öfters geschehen ist, Marquardt 2, 3, 168. — *poterat*, s. 2, 25, 3: sein Einfluss, seine Partei grösser war. — *in contione*, vor der Abstimmung, in der beide ihre Ansprüche geltend machen. — *viri m.*, Männer, die sich vorzugsweise mit dem Kriege beschäftigt haben, vgl. c. 22, 6; 2, 56, 8 u. a. — *verba h.*, s. 42, 61, 3: *quae* (verba) *ad contionem vocato exercitu habuit;* 24, 18, 4; Sall. I. 9, 4 u. a.

5. *consevisset*, das handschr. *conseruisset* wäre ganz ungebräuchlich. — *Ciminiam*, 9, 35 f. — *Romano* ist mit Nachdruck vorangestellt,

aetatis sollicitassent, si alio duce gesturi bellum essent? nimirum adversarium se non socium imperii legisse sensim exprobrat; et invidisse Decium concordibus collegiis tribus.
7 postremo se tendere nihil ultra quam ut, si dignum provincia ducerent, in eam mitterent: in senatus arbitrio se fuisse,
8 et in potestate populi futurum. P. Decius senatus iniuriam querebatur: quoad potuerint patres adnisos, ne plebi adi-
9 tus ad magnos honores esset; postquam ipsa virtus pervicerit, ne in ullo genere hominum inhonorata esset, quaeri, quem ad modum inrita sint non suffragia modo populi sed arbitria etiam fortunae, et in paucorum potestatem vertantur.
10 omnis ante se consules sortitos provincias esse; nunc extra
11 sortem Fabio senatum provinciam dare. si honoris eius causa, ita eum de se deque re publica meritum esse, ut faveat Q. Fabii gloriae, quae modo non sua contumelia splen-
12 deat: cui autem dubium esse, ubi unum bellum sit asperum ac difficile, cum id alteri extra sortem mandetur, quin alter
13 consul pro supervacaneo atque inutili habeatur? gloriari Fabium rebus in Etruria gestis; velle et P. Decium gloriari,

weil die röm. Kriege bis dahin fast nur auf das südliche Etrurien beschränkt gewesen waren.

6—7. *quid* etc., der zweite Grund. — *id aet.*, s. Z. § 459, ist attributiv: cum id aetatis (ea aetate) esset. — *sollicitass.*, c. 13, 6. — *nimirum* etc., da habe er freilich. — *legisse* n. *sibi*, durch seine Empfehlung, c. 22, 2. — *sensim*, er geht allmählig zu Vorwürfen über. — *invidisse:* Decius könne zu seinem feindlichen Auftreten keinen anderen Grund haben als dass er unzufrieden sei über ihre Eintracht (dieses ist der Hauptbegriff) als Collegen in 3 Staatsämtern (s. c. 22, 3); nur um Streit zu haben sei er so aufgetreten; aus Ueberdruss an der Eintracht. — *postremo,* im Gegensatz zu *sensim expr.;* Rechtfertigung seines Verfahrens. — *in arbitrio* wie sonst *in auctoritate.*

8—10. *patres,* nach dem Vorhergeh. die Senatoren als Vertreter der Interessen der Patricier. Decius fasst den Streit als Parteisache, Fabius als persönliche auf. — *plebi,* 7, 32, 14. — *genere,* 8, 24, 6. — *ipsa,* durch eigene Kraft. — *suffrag. p.,* indem die durch die Wahl übertragenen Rechte und Geschäfte entzogen würden. — *arbitria,* die Entscheidung durch das Loos, 8, 16, 5. — *paucorum,* die Senatoren überhaupt, oder die einflussreichsten unter denselben. — *omnis,* rhetorische Steigerung, s. § 3.

11—13. *honoris e. c.,* vgl. 8, 14, 10: um Fab. zu ehren (n. *daretur* oder *fieret,* s. 9, 26, 14), wenn nicht eine Zurücksetzung für ihn damit verbunden sei, *modo* beschränkend wie oft bei dem Relativ., s. 6, 40, 6: *qui modo;* 22, 2, 6 u. a. — *extra s.,* während das Loos gleiche Befähigung voraussetze: wenn zwei wichtige, gefahrvolle Geschäftskreise da wären, würde er dem Fabius gern den Vorrang lassen; unter den jetzigen Verhältnissen aber werde er für untüchtig und überflüssig erklärt (*contumelia*). — *velle — glor.,* er

et forsitan, quem ille obrutum ignem reliquerit, ita ut totiens novum ex inproviso incendium daret, eum se extincturum. postremo se collegae honores praemiaque concessurum vere- 14 cundia aetatis eius maiestatisque: cum periculum cum dimicatio proposita sit, neque cedere sua sponte neque cessurum, et si nihil aliud ex eo certamine tulerit, illud certe laturum, 15 ut. quod populi sit, populus iubeat potius quam patres gratificentur. Iovem optimum maximum deosque inmortales se 16 precari, ut ita sortem aequam sibi cum collega dent, si eandem virtutem felicitatemque in bello administrando daturi sint. certe id et natura aequum et exemplo utile esse, et 17 ad famam populi Romani pertinere, eos consules esse, quorum utrolibet duce bellum Etruscum geri recte possit. Fabius 18 nihil aliud precatus populum Romanum, quam ut prius quam intro vocarentur ad suffragium tribus, Ap. Claudii praetoris adlatas ex Etruria litteras audirent, comitio abiit, nec minore populi consensu quam senatus provincia Etruria extra sortem Fabio decreta est.

wolle Gelegenheit haben sich rühmen zu können; dadurch dass er u. s. w. — *incend. daret,* veranlasse, s. Ov. Trist. 1, 8, 4: *unda dabit flammas;* vgl. 4, 28, 1; 37, 41, 2: *nebula — calliginem dedit.*

14—17. *se collegae — cessurum,* eine andere Wendung des § 12 ausgesprochenen Gedankens. — *concessurum,* einem zu Liebe, zu Gunsten etwas aufgeben. — *et si nihil* etc. enthält die Erklärung, dass er sich dem Ausspruche des Volkes unterwerfen werde, wie § 7: *in potestate futurum,* und der Gegensatz zu § 9: *in paucorum p. v.* — *quod p. s.,* zu bestimmen, welche Geschäfte den Consuln übertragen werden sollen, s. jedoch § 3: *in senatu.* — *deosque:* und überhaupt; so wird bisweilen das Allgemeine mit dem Einzelnen, Bedeutenderen ohne den Zusatz von *ceteri* verbunden, 35, 34, 1: *Quinctius legatique;* 22, 14, 10: *Hannibali ac Poenis;* Plaut. Capt. 4, 2, 88: *Iuppiter te dique perdant.* — *aequam — cum,* 2, 20, 11; 21, 3, 6: *aequo iure cum ceteris.* — *famam = gloriam,* vgl. 5, 6, 6. — *recte,* „ohne Gefahr," s. 9, 34, 12: *audacter.*

18. *intro voc.,* c. 13, 11, was erst nach der contio, die von den Comitien verschieden ist, geschah, Marq. 2, 3, 92. — *comitio abiit,* die Lesart der Hdss. *comitio habuit* ist schwerlich richtig, denn wenn es schon überhaupt selten ist, dass die Consuln Tributcom. halten, s. 3, 71, 3, so wäre es in dem vorliegenden Falle noch unpassender, wenn Fabius bei einer Entscheidung über seine eigene Angelegenheit den Vorsitz geführt hätte: Decius scheint vielmehr von dem Senatsbeschlusse an das Volk provocirt, die Tribunen die Sache aufgenommen, und einer derselben die Comitien gehalten zu haben. Was c. 25, 1 erzählt wird ist geschehen zu denken nachdem Fabius, als der Beschluss bereits gefasst ist, sich wieder auf dem Forum eingefunden hat.

25 Concursus inde ad consulem factus omnium ferme iuniorum et pro se quisque nomina dabant: tanta cupido erat 2 sub eo duce stipendia faciendi. qua circumfusus turba „quattuor milia“ inquit „peditum et sescentos equites dumtaxat scribere in animo est. hodierno et crastino die qui 3 nomina dederitis mecum ducam. maiori mihi curae est, ut omnes locupletes reducam, quam ut multis rem geram mili- 4 tibus.“ profectus apto exercitu et eo plus fiduciae ac spei gerente, quod non desiderata multitudo erat, ad oppidum Aharnam, unde haud procul hostes erant, ad castra Appii 5 praetoris pergit. paucis citra milibus lignatores ei cum praesidio occurrunt, qui ut lictores praegredi viderunt Fabiumque esse consulem accepere, laeti atque alacres diis populoque Romano grates agunt, quod eum sibi imperatorem misissent. 6 circumfusi deinde cum consulem salutarent, quaerit Fabius, quo pergerent, respondentibusque lignatum se ire, „ain' tan- 7 dem?“ inquit: „num castra vallata non habetis?“ ad hoc cum succlamatum esset, duplici quidem vallo et fossa, et tamen in ingenti metu esse: „habetis igitur“ inquit „adfatim 8 lignorum, redite et vellite vallum.“ redeunt in castra, terroremque ibi vellentes vallum et iis qui in castris remanse- 9 rant militibus et ipsi Appio fecerunt. tum pro se quisque alii aliis dicere, consulis se Q. Fabii facere iussu. postero

25—26. Vorbereitungen zum Kampfe mit den vereinigten Völkern.

1—2. *inde*, überhaupt: nach der Entscheidung; es braucht nicht unmittelbar darnach geschehen zu sein. — *omn. f.*, ziemlich, eben alle. — *pro s. q.*, jeder für sich, ohne Verabredung. — *nomina d.*, 3, 57, 9. — *quatt. m.* etc., also kaum eine Legion und Reiter für zwei Legionen; dass später das Heer verstärkt worden sei, wird § 16 u. c. 26, 5; 14 angedeutet. — *qui — dederitis* u. *vos — ducam*, s. 7, 35, 2, wir brauchen mehr die dritte Person.

10—15. bilden den Uebergang zu der Darstellung der folgenden Kämpfe. Der Zusammenhang ist: immer noch sind Kriege mit den Samniten zu erzählen, da selbst die grossen Niederlagen in den letzten Jahren den Muth derselben nicht haben beugen können. Allein statt einfach diesen Grund anzugeben, nimmt L. zugleich auf die Ausdauer der kämpfenden Völker in den früheren Jahren Rücksicht in dem Satze *ne — vinci,* welcher in concessivem Verhältnisse zu *proximo anno — poterant* steht, was wieder eine Einräumung zu *tamen — abstinebant* enthält: wenn die Völker in den früheren Kämpfen nicht ermüdeten, so hätte man erwarten sollen, dass es in dem letzten Jahre geschehen sein würde; aber ungeachtet der schweren Niederlagen setzten sie doch den Krieg fort.

10—12. *volumen,* s. Einl. S. 7. — *ann. s. e. q.* Der Krieg hat nach 7, 32 im J. d. St. 412 begonnen; es sind also bis zum Consulatsjahr des Fabius und Decius, dieses und das Jahr 8, 17, 1 mitgerechnet, 46 Jahre. Die ganze Betrachtung aber steht so in der Mitte der Jahre 457 u. 458, dass L. jenes, nicht das folg. unter Postumius und Atilius, das 46., und doch zugleich, da er Alles, was in demselben geschehen ist, erzählt hat, und jetzt darauf zurückblickt, § 12: *proximus,* das zuletzt, so eben vergangene nennen konnte. — *tamen* vor *dura* bezieht sich auf das concessiv zu nehmende *tot — laboresque actos.* — *proximo,* davor ist zu denken: *hoc dico,* s. 2, 12, 15; Z. § 772 a. E.; zu *Paelignis in* zu wiederholen. — *ad Tif.:* am Tif. c. 30, 7; wie 8, 8, 19: *ad Veserim,* nicht, wie sonst, bei Tif. — *quatt. exer.*, eigentlich nur drei, da Appius das des Decius anführte. — *imperat. clar.*, c. 29, 16.

Gallos in eadem fortuna videbant qua ipsi erant; nec suis nec externis viribus iam stare poterant — tamen bello non 14 abstinebant: adeo ne infeliciter quidem defensae libertatis taedebat, et vinci quam non temptare victoriam malebant. quinam sit ille quem pigeat longinquitatis bellorum scribendo 15 legendoque, quae gerentes non fatigaverunt?

Q. Fabium P. Decium L. Postumius Megellus et M. Atilius Regulus consules secuti sunt. Samnium ambobus decreta provincia est, quia tres scriptos hostium exercitus, uno 2 Etruriam altero populationes Campaniae repeti, tertium tuendis parari finibus fama erat. Postumium valetudo adversa 3 Romae tenuit, Atilius extemplo profectus, ut in Samnio hostes — ita enim placuerat patribus — nondum regressos opprimeret. velut ex conposito ibi obvium habuere hostem, 4 ubi et [intrare] vastare ipsi Samnitium agrum prohiberentur, et regredi inde in pacata sociorumque populi Romani fines Samnitem prohiberent. cum castra castris conlata essent, 5 quod vix Romanus totiens victor auderet, ausi Samnites sunt — tantum desperatio ultima temeritatis facit — castra Romana oppugnare, et quamquam non venit ad finem tam audax

32

13—15. *qua ipsi*, ohne *in*, weil auch zu dem vorhergeh. Satze *esse* zu denken ist, c. 19, 5. — *nec — poterant* enthält zwar logisch die Folge aus den drei letzten Sätzen, und ist in dieser Beziehung keinem derselben coordinirt, allein rhetorisch entsprechen die beiden Sätze mit dem Plusquamp. denen mit dem Imperf.: *videbant — poterant.* — *stare*, feststehen, sich behaupten. — *quinam*, was müsste das für ein Mensch sein. — *scrib. legend.*, fast gleich *scribentem* etc., 2, 32, 4; daher auch *gerentes* entsprechend. — *fatigaverunt*, weil *bella* nicht solche, sondern die Kriege bedeutet. Zu dem Gedanken vgl. 6, 12, 2.

32. 1—3. *Postumius*, c. 26, 15. — *tres*, c. 31, 2; 20, 1; vergl. Nieb. 3, 454. — *repeti*, in verschiedenem Sinne zu den beiden Objecten zu nehmen: wieder nach Etrur., wieder auf Plünderung ausziehen. — *fama erat*, wahrscheinlich wusste man in Rom sehr wohl, was die Samniten thaten und wollten. — *regressos*, nach Etrurien und Campanien. — *placuerat*, 8, 15, 3.

3—6. *ibi — ubi*, an einem solchen Orte, wo u. s. w., s. c. 33, 7. — *habuere* ist wegen *ex conposito*, wie nach Verabredung, von den Römern und Samniten zu verstehen, obgleich, ausser dass bei *prohiberentur* gedacht werden kann *ab hostibus*, das reciproke Verhältniss, weil L. mehr die Römer im Auge hat, nicht scharf hervortritt. — *intrare* fehlt in guten Hdss. und scheint durch *regredi* veranlasst. — *vastare*, s. c. 33, 10. — *regredi*, der Zug nach Etrurien wurde vielleicht durch dessen bald erfolgte Unterwerfung vereitelt, da Atilius nach dem Folg. die Samniten nur abhielt in bereits unterworfene Gegenden (das Aurunker-, Volsker-, Campanerland) einzufallen. — *castra c.*, 4, 27, 5.

6 inceptum, tamen haud omnino vanum fuit. nebula erat ad multum diei densa adeo, ut lucis usum eriperet, non prospectu modo extra vallum adempto, sed propinquo etiam con-
7 gredientium inter se conspectu. hac velut latebra insidiarum freti Samnites vixdum satis certa luce et eam ipsam premente calligine ad stationem Romanam in porta segniter
8 agentem vigilias perveniunt. inproviso oppressis nec animi satis ad resistendum nec virium fuit. ab tergo castrorum
9 decumana porta impetus factus; itaque captum quaestorium quaestorque ibi L. Opimius Pansa occisus. conclamatum inde
33 ad arma. Consul tumultu excitus cohortes duas sociorum Lucanam Suessanamque, quae proximae forte erant, tueri praetorium iubet, manipulos legionum principali via inducit.

— *haud om.*, keineswegs ganz. — *ad mult. d.*, c. 28, 2; 22, 45, 1 u. a. — *eriperet* n. *hominibus* oder *iis*. — *prospectu — conspectu*, Chiasmus und Annomination. — *adempto*, 1, 34, 2; was eigentlich Folge ist, wird als bereits eingetretener Umstand dargestellt.

7—9. *calligo* (so in den Hdss.) wird nicht selten von dichtem Nebel gebraucht. Dieser hindert jetzt das Tageslicht hervorzubrechen, *premente*. — *stationem — vigilias agent.*, sonst stehen die *stationes*, verschieden von den *vigiliae*, vor dem Lager oder der Stadt, 3, 5, 4; 8, 8, 1; 25, 38, 16: *non vigiliarum ordinem non stationes iustas esse*, vgl. 9, 24, 5; 10, 33, 6. An uns. St. ist vielleicht die Thorwache gemeint, Tac. Ann. 1, 28: *vigiliis stationibus custodiis portarum*, 7, 12, 3. — *decum.*, 3, 5, 5. — *quaestorium*, das Zelt des Quästors, s. 4, 43, 4; es stand in dem späteren Lager zwischen beiden Legionen auf dem freien Raume zwischen der via quintana und der porta decumana, die davon auch porta quaestoria heisst, s. 34, 47, 1; Marq. 3, 2, 319 ff.

33. 1—2. *cohortes*, die Truppenabtheilungen, welche die einzelnen Bundesgenossen stellten, c. 40, 9; im Gegensatz zu diesen wird die röm. Legion in manipuli getheilt, wie aus u. St. deutlich hervorgeht, s. Marq. 3, 2, 303. — *Lucanam* etc., die *cohortes* bestanden aus Truppen eines Staates; man sieht aus diesen Worten, dass auch die entfernten Lucaner nach ihrem Bündnisse, c. 12, 1, Truppen stellen müssen. *Suessanam*, 8, 14, 11. — *proximae f.*, wie diese in die Nähe des *praetorium*, s. 7, 12, 14, kommen, da sie weit davon, hinter den Legionen lagern, ist nicht angegeben. — *principali v.*, ein Aussdruck, der sich ausser bei den Schriftstellern über das Kriegswesen nur bei L. findet, ist der 100 F. breite Weg zwischen der porta principalis dextra und sinistra, s. 4, 19, 8. Ueber den Abl. 2, 11, 5. — *induci* n. von den Tribunen; dass sie nicht sogleich vorrücken, sondern sich erst rüsten und sammeln müssen, zeigt das Folg., wesshalb die Lesart *inducit* weniger passend ist. Nach L's Darstellung müsste der Consul beabsichtigt haben, dass die Soldaten auf der via principalis, die hinter dem praetorium lag, aufmarschiren, und entweder hier den Feind aufhalten, oder an dem praetorium vorbei gegen denselben vorrücken sollten. Das Letztere scheint nach § 3 geschehen, aber die Rö-

vixdum satis aptatis armis in ordines eunt, et clamore magis 2 quam oculis hostem noscunt, nec quantus numerus sit aestimari potest. cedunt primo incerti fortunae suae, et hostem 3 introrsum in media castra accipiunt. inde cum consul vociferaretur, expulsine extra vallum castra deinde sua oppugnaturi essent, rogitans, clamore sublato conixi primo resi- 4 stunt, deinde inferunt pedem urgentque, et inpulsos semel terrore eodem agunt quo coeperunt; expellunt extra portam 5 vallumque. inde pergere ac persequi, quia turbida lux metum circa insidiarum faciebat, non ausi, liberatis castris contenti receperunt se intra vallum trecentis ferme hostium occisis. Romanorum stationis primae vigiliumque et eorum qui 6 circa quaestorium oppressi periere ad septingenti triginta.

Animos inde Samnitibus non infelix audacia auxit, et 7 non modo proferre inde castra Romanum sed ne pabulari quidem per agros suos patiebantur. retro in pacatum Soranum agrum pabulatores ibant. quarum rerum fama, tumul- 8 tuosior etiam quam res erant, perlata Romam coegit L. Postumium consulem vixdum validum proficisci ex urbe. prius 9 tamen quam exiret, militibus edicto Soram iussis convenire, ipse aedem Victoriae, quam aedilis curulis ex multaticia pe-

mer gewichen zu sein, so dass die Feinde bis auf die principia (*media castra*) vordringen. Leichter würde die Situation zu verstehen sein, wenn die Manipel auf der *via quintana* zum Schutze des quaestorium und praetorium vorrückten. — *aptatis*, 9, 31, 9. — *in ord. e.*, in ihre Manipel. — *clamore*, nach dem Geschrei; vgl. 22, 5, 4: *et erat in tanta calligine maior usus aurium quam oculorum.*

3—6. *incerti f.*, ungewiss über ihre Lage, s. 9, 43, 4. — *castra deinde* n. *si recessissent.* — *conixi*, s. 1, 33, 5. — *resistunt*, 2, 65, 4. — *terrore*, transitiv: der Schrekken den sie erregen. — *stat. pr. vig.* scheint hendiadyoin zu sein, s. c. 32, 7. Ueber die Form 4, 35, 4. — *quo coeperant* würde, wenn es fehlte, nicht vermisst werden. — *circa*, in der Gegend umher, 1, 17, 4. — *circa quaestor.*, die dort in der Nähe lagerten oder aufgestellt gewesen waren, als die Feinde erschienen (*oppressi*), nicht im Kampfe. Indess sieht man nicht was dieses für Truppen gewesen seien, da eine so grosse Wache bei dem Quästorium nicht zu stehen pflegte.

7—8. *audacia*, Wagniss. — *proferre* dient nach c. 32, 4 nur zur Einleitung des Folgenden. — *Soranum*, in dessen Nähe also das Lager war. — *pabulatores*, natürlich Romani. — *quam r. e.*, c. 4, 1; 26, 9, 6: *tumultuosius quam adlatum erat;* 2, 24, 1. — *coegit* etc., c. 32, 3.

9. *edicto* etc. Die Soldaten haben bereits den 3, 20, 3 erwähnten Eid geleistet, und werden jetzt befehligt an dem bezeichneten Orte sich zu versammeln. Gewöhnlicher sagt L.: *diem ad conveniendum* (*Soram*) *indicere*, c. 38, 4. — *aedem V.*, ein altes sacellum auf dem Palatinus, das Postumius wol

10 cunia faciendam curaverat, dedicavit. ita ad exercitum profectus ab Sora in Samnium ad castra collegae perrexit. inde postquam Samnites diffisi duobus exercitibus resisti posse recesserunt, diversi consules ad vastandos agros urbesque

34 oppugnandas discedunt. Postumius Milioniam oppugnare adortus vi primo atque impetu, dein postquam ea parum pro-

2 cedebant, opere ac vineis demum iniunctis muro cepit. ibi capta iam urbe ab hora quarta usque ad octavam fere horam omnibus partibus urbis diu incerto eventu pugnatum est;

3 postremo potitur oppido Romanus. Samnitium caesi tria milia ducenti, capti quattuor milia septingenti praeter prae-

4 dam aliam. inde Feritrum ductae legiones, unde oppidani cum omnibus rebus suis, quae ferri agique potuerunt, nocte

5 per aversam portam silentio excesserunt. igitur simul advenit consul, primo ita conpositus instructusque moenibus successit, tamquam idem quod ad Milioniam fuerat certami-

6 nis foret; deinde ut silentium vastum in urbe nec arma nec viros in turribus ac muris vidit, avidum invadendi deserta moenia militem detinet, ne quam occultam in fraudem in-

7 cautus rueret. duas turmas sociorum Latini nominis circumequitare moenia atque explorare omnia iubet. equites portam unam alteramque eadem regione in propinquo pa-

nur wieder herstellte, s. Becker I, 252 f. — *aedil.* — *dedicavit* ist früher übergangen.

34. 1–3. *Milionia*, c. 3, 5; die Marser müssten also abgefallen oder hier eine andere Stadt gemeint sein. — *vi atque imp.*, das Specielle neben dem Allgemeinen, ebenso *opere a. v.*, 1, 28, 9; *vineis*, 2, 17, 1. — *iniuncta m.*, 4, 9, 14; 5, 7, 2. — *hora—horam*, 8, 38, 10. — *capta* heisst die Stadt schon nachdem die Mauern erstiegen sind; *potitur*, nach den Kämpfen in den Strassen (*omnib. partibus*). — *caesi — capti*, sonst tritt diese constructio ad synesin, Zpt. § 368, gewöhnlich nur ein, wenn sich das Prädicat unmittelbar an die Hunderte anschliesst, oder wenigstens nicht vor *milia* steht, während in dem letzteren Falle fast immer das Neutr. gebraucht wird; doch finden sich einzelne Abweichungen, s. c. 46, 12: *caesa — duo milia quadringenti, minus duo milia capti;* c. 36, 14: *caesos rettulere ad quattuor milia octingentos.* — *praedam al.*, zu der auch die Gefangenen gehören.

4—7. *Feritrum*, der Name und die Lage der Stadt sind nicht sicher. — *conpositus in.*, dieses das Speciellere: in geordnetem Zuge und zwar in Schlachtordnung; beides ist auf den Führer bezogen, 3, 27, 6. — *idem—certam.*, Z. § 432. — *nec* vor *arma* knüpft zugleich an das Vorhergeh. an. — *turmas*, die ala c. 29, 8 war in 5 Doppelturmen zu 60 M. getheilt. — *circumequitare.* L. denkt sich diese Stadt wie Milionia in der Ebene liegend, vgl. c. 43, 5, und hat die ausführliche Schilderung der Besetzung und der folg. Schlacht wol aus einem späteren Annalisten

tentes conspiciunt, itineribusque his vestigia nocturnae hostium fugae. adequitant deinde sensim portis, urbemque ex 8 tuto rectis itineribus perviam conspiciunt, et consuli referunt excessum urbe; solitudine haud dubia id perspicuum esse et recentibus vestigiis fugae ac strage rerum in trepidatione nocturna relictarum passim. his auditis consul ad eam par- 9 tem urbis, quam adierant equites, circumducit agmen. constitutis haud procul porta signis quinque equites iubet intrare urbem, et modicum spatium progressos tris manere eodem loco, si tuta videantur, duos explorata ad se referre. qui ubi redierunt rettuleruntque eo se progressos, unde in 10 omnes partes circumspectus esset, longe lateque silentium ac solitudinem vidisse, extemplo consul cohortes expeditas 11 in urbem induxit, ceteros interim castra communire iussit. ingressi milites refractis foribus paucos graves aetate aut 12 invalidos inveniunt relictaque quae migratu difficilia essent. ea direpta; et cognitum ex captivis est communi consilio 13 aliquot circa urbes conscisse fugam; suos prima vigilia profectos; credere eandem in aliis urbibus solitudinem inventuros. dictis captivorum fides exstitit, desertis oppidis 14 consul potitur.

Alteri consuli M. Atilio nequaquam tam facile bellum **35** fuit. cum ad Luceriam duceret legiones, quam oppugnari ab Samnitibus audierat, ad finem Lucerinum ei hostis obvius fuit. ibi ira vires aequavit. proelium varium et anceps fuit, 2

entlehnt. — *eadem reg.*, Z. § 482, vgl. 3, 66, 5; 25, 25, 9: *portis regione platearum patentibus* u. a. — *itin. his,* die da herausführten.

8—12. *rectis it. p.*, dass man bei den geraden Strassen ungehindert durchziehen könne. — *consuli ref.*, gewöhnlich heisst es *referre ad aliquem,* wie § 9, doch s. Caes. B. G. 1, 37: *haec — Caesari mandata referebantur.* — *strage,* 2, 59, 8; 35, 30, 5: *strage armorum saepta via est.* — *passim,* aller Orten, mit Nachdruck an das Ende gestellt. — *constitutis,* in der Schilderung herrscht das Asyndeton vor. — *progressos = si progressi essent* bezieht sich auf alle fünf Reiter, daher nicht *iis progressis.* — *cohortes,* Abtheilungen, 3, 69, 8. — *migratu,* für den Transport, Naegelsb. Stil. S. 104.

13—14. *inventuros* n. *Romanos* oder *eos.* — *fid. extit.*, die Aussagen bestätgten sich, 1, 16, 5.

35. 1—3. *Luceriam,* die Samniten suchen die sie bedrohende Colonie, 9, 26, 4, zu entfernen. Wahrscheinlich hat das dritte der c. 32, 1 erwähnten Heere diese Expedition unternommen. — *ira v. a.*, die Worte sind zweideutig, entweder: der Zorn gab (beiden Theilen, da erst der eine, dann der andere siegte) gleiche Kraft; oder: der Zorn gab den Samniten, die sonst immer unterlagen, gleiche Kraft mit den Römern; oder: die Erbitterung war eben so gross als die Kraft. — *tristius ev.*, 9, 38,

tristius tamen eventu Romanis, et quia insueti erant vinci et quia digredientes magis quam in ipso certamine senserunt, quantum in sua parte plus vulnerum ac caedis fuisset.
3 itaque is terror in castris ortus, qui si pugnantes cepisset, insignis accepta clades foret. tum quoque sollicita nox fuit iam invasurum castra Samnitem credentibus, aut prima luce
4 cum victoribus conserendas manus. minus cladis, ceterum non plus animorum ad hostes erat. ubi primum inluxit, abire sine certamine cupiunt: sed via una et ea ipsa praeter hostes erat; qua ingressi praebuere speciem recta tenden-
5 tium ad castra oppugnanda. consul arma capere milites iubet et sequi se extra vallum; legatis tribunis praefectis sociorum
6 imperat quod apud quemque facto opus est. omnes adfirmant se quidem omnia facturos, sed militum iacere animos; tota nocte inter vulnera et gemitus morientium vigilatum
7 esse; si ante lucem ad castra ventum foret, tantum pavoris fuisse, ut relicturi signa fuerint: nunc pudore a fuga conti-
8 neri, alioqui pro victis esse. quae ubi consul accepit, sibimet ipsi circumeundos adloquendosque milites ratus, ut ad
9 quosque venerat cunctantes arma capere, increpabat, quid cessarent tergiversarenturque; hostem in castra venturum, nisi illi extra castra exissent, et pro tentoriis suis pugnaturos, si pro vallo nollent. armatis ac dimicantibus dubiam
10 victoriam esse; qui nudus atque inermis hostem maneat,
11 ei aut mortem aut servitutem patiendam. haec iurganti increpantique respondebant confectos se pugna hesterna esse, nec virium quicquam nec sanguinis superesse; maiorem mul-
12 titudinem hostium apparere quam pridie fuerit. inter haec

8. — *tum q.*, 9, 13, 9. — *iam* etc., vgl. 5, 39, 6. — *victoribus*, in Bezug auf *tristius* etc.

4—7. *ad h.*, c. 29, 4. — *qua ingr.*, s. Cic. Tusc. 5, 39, 115: *qua vellet ingredi posset;* Liv. 4, 39, 2: *qua transierant;* vgl. 26, 40, 1: *porta Capena - ingressus;* 1, 27, 6; 8, 36, 9; sonst ist bei *ingredi* der Accus. gewöhnlich, s. 3, 17, 6 u. a. — *praef. soc.*, Römer, welche die alae der Bundesgenossen commandiren, s. c. 40, 9; 9, 16, 7. — *apud q.*, von ihm in seinem Kreise, vgl. 8, 8, 11: *apud principes.* — *tantum — fuisse*, in orat. recta: *si venissent, tantum — fuit, ut*, s. 3, 72, 7. — *alioqui*, sonst, im Uebrigen. — *pro v.*, 2, 7, 3.

8—10. *circumeundos*, 8, 36, 6. — *illi*, 3, 61, 14. — *pugnaturos* n. wieder *illos.* — *dubiam*, er sei ohne Kampf gewiss, dem Kämpfenden wenigstens nur ungewiss; der communis Mars belli. — *atque iner.* ist genauere Bestimmung von *nudus*, beide zusammen entsprechen wie *armatis* dem ersten Befehl § 5: *arma capere;* dagegen *dimicantibus* und *hostem maneat* dem zweiten *sequi se* etc.

11—15. *confectos*, 1, 23, 9. —

adpropinquabat agmen; et iam beviore intervallo certiora intuentes vallum secum portare Samnitem adfirmant, nec dubium esse quin castra circumvallaturi sint. tunc enimvero 13 consul indignum facinus esse vociferari, tantam contumeliam ignominiamque ab ignavissimo accipi hoste: „etiamne cir- 14 cumsedebimur" inquit „in castris, ut fame potius per ignominiam quam ferro, si necesse est, per virtutem moriamur?" dii bene verterent, facerentque quod se dignum quisque ducerent: consulem M. Atilium vel solum, si nemo alius se- 15 quatur, iturum adversus hostes, casurumque inter signa Samnitium potius quam circumvallari castra Romana videat. dicta consulis legati tribunique et omnes turmae equitum et 16 centuriones primorum ordinum adprobavere. tum pudore vi- 17 ctus miles segniter arma capit segniter e castris egreditur; longo agmine nec continenti, maesti ac prope victi procedunt adversus hostem nec spe nec animo certiorem. itaque simul 18 conspecta sunt Romana signa, extemplo a primo Samnitium agmine ad novissimum fremitus perfertur, exire, id quod timuerint, ad inpediendum iter Romanos; nullam inde ne fu- 19 gae quidem patere viam; illo loco aut cadendum esse aut stratis hostibus per corpora eorum evadendum. In medio **36** sarcinas coniciunt; armati suis quisque ordinibus instruunt aciem. iam exiguum inter duas acies erat spatium, et sta- 2

certiora, wir brauchen das Adverbium. — *enimvero:* das sei doch wahrlich u. s. w., steht auch mit *indignum* in Beziehung, 9, 26, 13; 25, 41, 1: *enimvero indignum ratus;* 34, 58, 4: *enimvero id auditu etiam dicere indignum esse;* 43, 1, 9: *enimvero senatus indignari;* anders 1, 51, 8. — *etiamne,* sollen wir auch noch. Ueber den Wechsel der Rede 1, 13, 3. — *si nec. e.,* wenn es anders sein muss, vgl. dagegen 9, 4, 10; 7, 35, 8. — *per virtut.,* der Unterschied des Abl. *fame, ferro* u. *per,* Z. § 301 tritt hier deutlich hervor. — *dii b. v.,* c. 18, 14. — *facerent* n. die Soldaten. — *Atilium* statt *se.*

16—19. *turmae equit.,* wie die Ritter nicht selten den Officiren der Legionen an die Seite gestellt werden, s. 9, 38, 8; 21, 59, 9 u. a. — *segniter a. c.* fehlt zwar in mehreren guten Hdss., scheint aber theils der Symmetrie, theils des Gedankens wegen, s. § 5: *arma capere;* § 10: *armatis — inermes,* nöthig, vgl. 6, 7, 2: *segniter arma capta, cunctabundosque — egressos castris.* — *longo,* nicht in regelmässiger Schlachtordnung, die Manipel in der gehörigen Entfernung neben, sondern hinter einander, s. 3, 28, 2; Nieb. 3, 119. — *prope victi,* vgl. 1, 25, 11. — *certiorem,* eben so wenig Zuversicht hatte. — *per,* 9, 39, 8. — *eorum,* 1, 28, 10.

36. 1—3. *in medio* haben hier die Hdss.: zusammenwerfen an einem Orte, wie Cic. Fin. 5, 30, 92: *in mari abiecerat;* sonst braucht L. *in medium conicere.* — *instruunt,* sie bilden eine geordnete Schlachtlinie. — *dum,* 9, 32, 5.

bant expectantes, dum ab hostibus prius impetus, prius cla-
3 mor inciperet. neutris animus est ad pugnandum, diversique integri atque intacti abissent, ni cedenti instaturum alterum timuissent. sua sponte inter invitos tergiversantesque segnis pugna clamore incerto atque inpari coepit, nec vestigio quis-
4 quam movebatur. tum consul Romanus, ut rem excitaret, equitum paucas turmas extra ordinem inmisit; quorum cum plerique delapsi ex equis essent et alii turbati, et a Samnitium acie ad opprimendos eos qui ceciderant, et ad suos tuendos ab
5 Romanis procursum est. inde paulum inritata pugna est, sed aliquanto et inpigre magis et plures procurrerant Samnites; et turbatus eques sua ipse subsidia territis equis proculcavit. hinc fuga coepta totam avertit aciem Romanam,
6 iamque in terga fugientium Samnites pugnabant, cum consul equo praevectus ad portam castrorum ac statione equitum
7 ibi opposita edictoque, ut quicumque ad vallum tenderet, sive ille Romanus sive Samnis esset, pro hoste haberent, haec ipse minitans obstitit profuse tendentibus suis in castra.
8 „quo pergis“ inquit, „miles? et hic arma et viros invenies, nec vivo consule tuo nisi victor castra intrabis: proinde elige,
9 cum cive an hoste pugnare malis.“ haec dicente consule equites infestis cuspidibus circumfunduntur ac peditem in pugnam redire iubent. non virtus solum consulis sed fors etiam adiuvit, quod non institerunt Samnites, spatiumque cir-

— *clamor*, hysteron proteron, c. 29, 8. — *integri a. i.*, c. 14, 20. — *instaturum*, 2, 7, 9; 7, 39, 4. — *sua sp.*, von sächlichen Dingen bisweilen gebraucht, s. 2, 23, 2 u. a., soll hier neben *invitos terg.* wol nur bedeuten, dass die Schlacht ohne bestimmtes Commando, wie die Einzelnen sich dazu veranlasst fühlen, beginnt, vgl. c. 19, 14. — *clamore in.* etc., 4, 37, 9. — *nec — moveb.*, reflexiv; im Gegensatz zu *procurrere* § 4, auch traten sonst die Soldaten bei dem Abschleudern des pilum vor.

4—7. *excitaret*, im Gegensatz zu *segnis p.*: um mehr zu beleben, s. 7, 2, 6; nachher *inritata.* — *extra ord.*, nicht in einem Angriff der gesammten Reiterei. — *plerique*, c. 13, 14. — *et* vor *alii* (die übrigen) ist vielleicht durch das folg. *et* entstanden. — *inpigre et pl.*, 2, 30, 11. — *ipse*, 2, 9, 5. — *subsidia*, die hinter ihnen stehenden Fusstruppen. — *in terga p.*, Flor. 4, 12, 7: *terga hostium percecidit;* vergl. 1, 14, 11. — *statione*, eine Abtheilung als Posten. — *opposita*, den Fliehenden, 6, 23, 12; ib. 24, 5. — *haberent; eos* konnte, obgleich der Nominat. *quicumque* vorausgeht, hier fehlen, weil kein Nachdruck darauf liegt, 6, 4, 5 u. a. — *haec ipse*, im Gegensatze zu § 9 *equites* etc., die Lesart der meisten Hdss. *haec ipsa* scheint nicht passend, da kein Gegensatz stattfindet, und nicht gesagt werden soll: gerade dieses.

9—12. *cuspidibus*, 8, 7, 9. — *circumfund.*, c. 25, 6. — *adiuvit,*

cumagendi signa vertendique aciem ab castris in hostem fuit. tum alii alios hortari, ut repeterent pugnam; centuriones ab 10 signiferis rapta signa inferre et ostendere suis paucos et ordinibus inconpositis effuse venire hostes. inter haec consul 11 manus ad caelum attollens voce clara, ita ut exaudiretur, templum Iovi Statori vovet, si constitisset a fuga Romana acies, redintegratoque proelio cecidisset vicissetque legiones Samnitium. omnes undique adnisi ad restituendam pugnam, 12 duces milites, peditum equitumque vis. numen etiam deorum respexisse nomen Romanum visum: adeo facile inclinata res, repulsique a castris hostes, mox etiam redacti ad eum locum, in quo commissa pugna erat. ibi obiacente sarcina- 13 rum cumulo, quas coniecerant in medium, haesere inpediti; deinde, ne diriperentur res, orbem armatorum sarcinis circumdant. tum vero eos a fronte urgere pedites, ab tergo 14 circumvecti equites. ita in medio caesi captique. captivorum numerus fuit septem milium octingentorum, qui omnes nudi sub iugum missi; caesos rettulere ad quattuor milia octingentos. ne Romanis quidem laeta victoria fuit: recensente 15 consule biduo acceptam cladem amissorum militum numerus relatus septem milium octingentorum. — Dum haec in Apulia 16 gerebantur, altero exercitu Samnites Interamnam coloniam Romanam, quae via Latina est, occupare conati urbem non tenuerunt: agros depopulati cum praedam aliam inde mixtam 17 hominum atque pecudum colonosque captos agerent, in victorem incidunt consulem ab Luceria redeuntem; nec praedam solum amittunt, sed ipsi longo atque inpedito agmine inconpositi caeduntur. consul Interamnam edicto dominis ad 18

absolut; doch kann *eum* oder *rem* leicht hinzugedacht werden. Die *virtus* ist die des Consuls und der Ritter. Ueber *fors* 6, 12, 11; ib. 30, 6. — *circumagendi*, 6, 24, 7. — *rapta s.*, 3, 70, 10 u. a. — *inconpositis*, in nicht recht geordneten; *effuse*, in aufgelösten Gliedern. — *Iovi St.*, daher *constitissent*, vgl. 1, 12, 6. — *numen*, die wirksame Macht der Götter, s. Einleit. S. 17, u. 3, 7, 1; 6, 30, 6. — *inclinata r.*, nahm die Sache eine günstige Wendung.

13—14. *orbem*, s. 4, 39, 4. — *caeci c.*, 9, 27, 14. — *nudi* etc., 3, 29, 1; 9, 42, 7. — *rettulere*, die damit Beauftragten, oder: man.

16—19. *dum — ger.*, vgl. c. 18, 1. — *Interamnam*, 9, 28, 8. — *via Lat.*, gewöhnlich auf, Z. § 482, hier an der lat. Strasse, von der Interamna, etwas südlich von Casinum, nicht weit entfernt war. Dieser Einfall der Samniten zeigt, dass das c. 33, 10 erwähnte Auseinandergehen derselben nicht von Bedeutung war. — *inde*, attributiv, 5, 39, 6: *omne inde tempus*, s. 1, 39, 3. — *longo*, c. 35, 17. — *vocatis*, in den meisten Hdss. steht *revocatis*, was wahrscheinlich

res suas noscendas recipiendasque vocatis et exercitu ibi
19 relicto comitiorum causa Romam est profectus. cui de triumpho agenti negatus honos, et ob amissa tot milia militum et quod captivos sine pactione sub iugum misisset.

37 Consul alter Postumius, quia in Samnitibus materia belli deerat, Etruriam transducto exercitu primum pervastaverat
2 Vulsiniensem agrum, dein cum egressis ad tuendos fines haud procul moenibus ipsorum depugnat. duo milia octingenti Etruscorum caesi; ceteros propinquitas urbis tutata est.
3 in Russellanum agrum exercitus traductus, ibi non agri tantum vastati, sed oppidum etiam expugnatum; capta amplius duo milia hominum, minus duo milia circa muros caesa.
4 pax tamen clarior maiorque quam bellum in Etruria eo anno fuerat parta est: tres validissimae urbes, Etruriae capita, Vul-
5 sinii Perusia Arretium, pacem petiere; et vestimentis militum frumentoque pacti cum consule, ut mitti Romam oratores liceret, indutias in quadraginta annos impetraverunt. multa praesens quingentum milium aeris in singulas civitates in-
6 posita. — Ob hasce res gestas consul cum triumphum ab senatu moris magis causa quam spe impetrandi petisset, vi-

durch *recipiendas* veranlasst ist, da L. schwerlich hat sagen wollen, dass die Besitzer sich nach Interamna geflüchtet, dann es verlassen haben, jetzt zurückgerufen werden. — *sine p.*, s. 9, 11, 8; 6, 3, 3; 10; obgleich sie sich ohne Bedingung ergeben hatten; da diese sonst als Sclaven verkauft werden, 9, 42, 7.

37. Krieg in Etrurien. Triumph des Postumius.

1—3. *Etruriam*, Z. § 398; gewöhnlich stehen Küstenländer ohne Präpos., s. 8, 24, 17; 31, 43, 5: *Aegyptum avexit;* 37, 31, 6: *Hellespontum veniunt;* 36, 42, 4: *navigari Peloponnesum* u. a. — *Vulsiniens.*, 9, 41, 6, auf einer wahrscheinlich dieser Stadt gehörenden Münze *Velsu* genannt, Dennis S. 337; Mommsen Münzwesen S. 268. — *egressis* n. Vulsiniensibus. — *Russellanum*, c. 4, 5. — *oppidum*, die Stadt war nicht unbedeutend, Dennis S. 528, desshalb und wegen der geringen Zahl der Gefallenen und Gefangenen ist zu bezweifeln, dass Russellae selbst eingenommen worden sei.

4—5. *pax* etc., die Erfolge des Krieges waren grösser als dieser selbst gewesen war, s. 1, 35, 7; weil auch nicht überwundene Städte Frieden suchten. — *tamen:* obgleich nach den Siegen des Consuls ein Friede zu erwarten war, so war doch. — *tres val.*, 9, 37, 12, nur ist dort statt *Vulsinii* als dritte *Cortona* genannt. — *Arretium* hat ungeachtet der engen Verbindung der Optimaten mit Rom, c. 5, 13; 18, 5, sich den Feinden desselben angeschlossen. — *vestimentis* etc., 9, 43, 6. — *oratores*, 6, 1, 6. — *indutias*, 9, 37, 12. — *multa*, Kriegscontribution. — *quing. m. a.*, vgl. c. 31, 4. — Dadurch werden die Samniten genöthigt, allein den Krieg fortzuführen.

6—8. *Ob hasce* etc., der Nachsatz folgt § 8: *inquit.* — *moris* etc., mehr weil sich die den Tri-

deretque alios, quod tardius ab urbe exisset, alios, quod 7 iniussu senatus ex Samnio in Etruriam transisset, partim suos inimicos partim collegae amicos ad solatium aequatae repulsae sibi quoque negare triumphum, „non ita" inquit, 8 „patres conscripti, vestrae maiestatis meminero, ut me consulem esse obliviscar. eodem iure imperii, quo bella gessi, bellis feliciter gestis, Samnio atque Etruria subactis, victoria et pace parta triumphabo." ita senatum reliquit. inde inter 9 tribunos plebis contentio orta: pars intercessuros, ne novo exemplo triumpharet aiebet, pars auxilio se adversus collegas triumphanti futuros. iactata res ad populum est; vocatusque 10 eo consul cum M. Horatium L. Valerium consules, Gaium Marcium Rutilum nuper, patrem eius, qui tunc censor esset, non ex auctoritate senatus sed iussu populi triumphasse diceret, adiciebat se quoque laturum fuisse ad populum, ni 11 sciret mancupia nobilium tribunos plebis legem inpedituros: voluntatem sibi ac favorem consentientis populi pro omnibus iussis esse ac futura. posteroque die auxilio tribunorum 12 plebis trium adversus intercessionem septem tribunorum et consensum senatus celebrante populo diem triumphavit. —

umph Begehrenden nach der Sitte an den Senat wenden mussten, s. 3, 63, 11; 26, 21, 2; 28, 9, 7. — *tardius*, c. 32, 3. — *ab urb.*, 21, 13, 7: *ab Sagunto exire* u. a. Dass dieses ein Grund gewesen sei den Triumph zu verweigern, wird sonst nicht berichtet, s. Bekker 2, 2, 80 ff. — *ex Samnio* etc., wer einen Triumph erlangen wollte, musste in der ihm vom Senat angewiesenen Provinz gesiegt haben; 28, 9, 10; 34, 10, 5. — *ad sol.*, um ihm in der gleichen Zurückweisung (*aequat. rep.* ist Genitiv) oder durch dieselbe einen Trost zu gewähren. — *maiestatis sen.* wird oft erwähnt, s. 2, 7, 7. — *ut me cons.*, da sonst die Magistrate an die Beschlüsse des Senates gebunden, und in den Kreisen, wo derselbe zu bestimmen hat, ihm unterworfen sind, nur die Beschlüsse zu veranlassen haben, s. 8, 20, 12; Becker 2, 2, 454. — *subactis*, in Bezug auf Samnium übertreibend. — *ita*, und damit.

9—12. *intercessuros*, sie beabsichtigen ihn durch Drohungen wie 9, 34, 26 von seinem Vorhaben abzuschrecken. — *iactata* etc., es sind keine Comitien wie 3, 63, 8, sondern, wie § 11 zeigt, eine contio, in welcher der Consul aufgefordert wird eine Erklärung abzugeben (*vocatus*, s. 3, 64, 7) und das Volk sich erklären soll, ob es die Intercession der Tribunen unterstützen werde, s. 8, 33, 9. — *Horatium* etc., 3, 63; *Rutilium*, 7, 17. — *se quoque*, wol durch die Tribunen wie 3, 63. — *mancupia*, als Sclaven, ist als das Wichtigste vorangestellt; vgl. 5, 11, 2; ib. 29, 6; 3, 65, 10. — *futura*, 5, 4, 4. — *pro*, so viel gelten als. — *iussis*, wozu auch *populi* gehört, s. 5, 51, 1. — *adversus* etc. Der folgende Vorgang ist einer der wenigen, wo dem Volkswillen gegenüber die Intercession ohne Wirkung ist, s. 2, 43, 4; 4, 53, 7; 6, 38, 5. Nach der Darstellung L's hat Postumius ohne Senats-

13 Et huius anni parum constans memoria est. Postumium auctor est Claudius in Samnio captis aliquot urbibus in Apulia fusum fugatumque, saucium ipsum cum paucis Luceriam conpulsum; ab Atilio in Etruria res gestas eumque triumphasse.
14 Fabius ambo consules in Samnio et ad Luceriam res gessisse scribit, traductumque in Etruriam exercitum — sed ab utro consule, non adiecit — et ad Luceriam utrimque mul-
15 tos occisos, inque ea pugna Iovis Statoris aedem votam, ut Romulus ante voverat: sed fanum tantum, id est locus tem-
16 plo effatus [sacratus] fuerat. ceterum hoc demum anno ut aedem etiam fieri senatus iuberet, bis eiusdem voti damnata res publica in religionem venit.

und Volksbeschluss triumphirt, obgleich so wie der Triumph so auch ein Beschluss der Tribus gegen die Intercession hätte durchgesetzt werden können. Nach den Triumphalfasten haben beide Consuln triumphirt: Postumius *an. CDLIX VI K. Apr. de Samnitibus et Etrusceis;* Atilius *an. CDLIX V K. Ap. de Volsonibus (Vulsinier?) et Samnitibus;* s. Nieb. 1, 456.

13—14. *et huius* etc., wie c. 26; 30. L. hat die Erzählung gewählt, welche den meisten rhetorischen Effect versprach, und wahrscheinlich von späteren Annalisten schon weiter ausgebildet, obgleich wenig verbürgt war. — *constans,* übereinstimmend, sicher, c. 26, 7. — *memoria,* Geschichte. — *Claudius,* 6, 42, 5; *Fabius,* 1, 44.

15. *ut Rom.,* 1, 12. — *voverat,* ein Zusatz L's, um die folgende, der 1, 44, 4 gegebenen ähnliche Bemerkung: *sed fanum* etc. anzuknüpfen, und anzudeuten, warum erst jetzt der schon von Romulus gelobte Tempel geweiht worden ist. *fanum* entsteht, wenn der Augur dem decimanus und cardo 1, 18, 7 parallele Linien auf beiden Seiten derselben zieht, und diesem Raum entsprechend einen viereckigen Platz auf der Erde bestimmt. — *effatus* giebt die etymologische Erklärung des Wortes. *templo,* zum Tempel im engeren Sinne, auf der Erde, s. d. Stelle aus Varro zu 1, 18, 10, vgl. Servius zu Virg. Aen. 1, 466: *antiqui aedes sacras ita templa faciebant, ut prius per augures locus liberaretur* (1, 55, 2) *effareturque, tum demum a pontificibus consecraretur* etc.; Varro L. L. 6, 53: *hinc* (von *fari*) *templa dicuntur ab auguribus* etc. — *sacratus* fehlt in manchen Hdss., oder steht in verschiedenen an anderer Stelle, es schliesst sich nicht passend an *locus* an, und zur Erklärung von *fanum* war schon *effatus* ausreichend. Es ist daher wol als Erklärung von diesem Worte zu betrachten.

16. *ceterum* schliesst sich an die eingeschobene Bemerkung an. — *hoc dem. an.* kann zu *fieri* und zu *in rel. venit* gezogen werden. — *res publ.,* der Umstand, dass dem Staate schon zweimal seine Wünsche erfüllt worden waren, s. Z. § 447, erregte religiöse Bedenken, und bewirkte so, dass der Tempel u. s. w. Gewöhnlich hat *in rel. venit* kein Nomen zum Subject; doch finden sich einzelne Fälle dieser Construct., s. Cic. N. D. 2, 4, 10: *remque illam in religionem populo venisse.*